



Henōtikon siue Pacificatorivm Dissecti Belgii

Afhakker, Aegidius

Vrsellis, 1618

Pars Prima Contines Initivm Et Progressvm Dissidiorvm, Qvae Inter
Ministros, Et Popvlvm In Foederatis Belgij prouincijs per annos aliquor
vigerunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64709](#)



HENOTICI DISSECTI BELGII

PARS PRIMA

Continens

INITIVM ET
PROGRESSVM DISSIDIO-
RVM, QVAE INTER MINISTROS,
ET POPVLVM IN FOEDERATIS BEL-
gij prouincijs per annos ali-
quot viguerunt.

ABENT Belgæ nostri Reforma-
ti suam etiam fidei quandam
Confessionem, quam cusan an-
no 1566. aliquanto post Phi-
lippo Hispaniarum Regi obtulerunt; Ca-
techismum quoque, quem ab Heidelber-
gensibus mutuati sunt. Verùm quam ipsis
in hisce professionis suę formulis conueni-
at, aut antehac diu conuenerit Remonstrá-
tes Leydenes in Epistola sua ad exteror
Theologos, pag. 13. his verbis aperiunt.

Circa annum à nato Saluatore millesi-
mum quingétesimum nonagesimum septi-
An. 1597.

A mum

ibus
ma-
t; ex
a,&
itur
test.
18.

IVS
aur.
rum
for.

fim
süt,
ty-
rip.

EN
fius
pra.

O.

mum subnatae varijs in locis sunt, præcipue
vero Gaudæ, Hornæ, Medenblicæ de Præ-
destinatione, vocatione hominum ad salu-
tem, & quæ hinc dependent, dogmatibus,
disputationes; nec non de Confessionis Bel-
gicæ & Catechismi Palatini autoritate. An
& quatenus istis fidei compendijs in Eccle-
sijs locus esse possit: Num conueniens sit
istiusmodi scripta ad Cathedrā Ecclesiasti-
cam deferre, contextus periodorum ex ijs
desumptos populo Dei prælegere, in ijsque
tanquam Concionis argumento occupari.
Præterea de quarundam in illis phrasium
recta & orthodoxa interpretatione non
minus controuersum; calidèque satis de his
inter istarum Ciuitatum Ecclesiastas ali-
quot, aliosque coram Hollandiæ Ordini-
bus disceptatum fuit. Quæ rescum nō parū
negotij Synodo Hollandiæ faces siuisset, ei-
dem occasionem præbuit & simul neceſſi-
tatem imposuit Synodum Nationalem fla-
gitandi. Accedebant sub hæc tempora ali-
orum quoque apud suarum Prouinciarum
Ordines partim ob easdem, partim ob alias
causas assidue Synodici Conuentus postu-
lationes. At Hollandiæ Ordines superiori-
bus moti dissidijs primi suæ ditionis pasto-
ribus Synodi habendæ copiam suo nomine
fecerunt, hoc rescripto: *visum est, ut nomine*
Prouincia Hollandia & VVest-Frisia in conveetu

DD.Or.

DD. Ordinum generalium Synodus concedatur
 & permittatur Nationalis reformatarum Eccle-
 siarum, nominatim quidem in eum finem, vt
 Confessio fidei Belgice in eo catu in timore Dei
 recognoscatur & resumatur; atque accuratè at-
 tendatur, quanam ratione commodissimè iuxta a
 verbum Dei Ecclesiae Belgicæ reformatæ vera ve-
 ritati ac Concordiæ afferi, inquæ ea cōseruari &
 augeri, contentionesq; subnata componi atque e-
 mendari possint. Hæc illi.

Porro antequam Hollandiæ Ordines hoc
 rescripto in concilium habendum consen-
 tirent, sexto nimirum Iunij eodem anno
 omnibus Prædicantibus Generales Ordines
 literis missis imperarunt, dubia sua cir-
 ca Cathechismum & Confessionem scripto
 clauso ad se transmittere. *Adolphus venat. con-*
tra Dordracenses pag. 81. nondum tamen ab
 Ordinibus Generalibus, vt Nationalis Sy-
 nodus haberetur, concessum est, nisi post
 annos octo. Tantundem enim temporis ef-
 fluxit (aiunt Leydenses) priusquam aliæ
 prouinciæ calculum suum contulere.

Interea noua cœpit exoriri difficultas,
 dissentientibus in Academia Leydensi The-
 ologiæ Professoribus circa præcipuos facile
 fidei articulos. Ante signani in hoc dissidio
 fuere Iacobus quidam Arminius & Francis-
 cus Gomarus. [Ad Arminij personam quod
 attinet, ex oratione quam Petrus Bertius

Præses Collegij Thelogici in eius obitum
habuit, quæq; post editionem nostri huius
Libelli primam ad manus meas deuenit, sic
Lector habeto: Patria ipsi fuit Oudeuatria
Hollandiæ oppidulum non prorsus igno-
bile. Natus ibi est anno 1560. Puer patre or-
batus ab apostata quodam sacerdote lite-
ris est adhibitus in Ultraiectina ciuitate.
Quo iterum Mecænate non ita multò post
priuatum, Rudolphus quidam Snellius se-
cum Marburgum in Hassiam abduxit anno
1575. Non multò post inde reuersum amici
quidam Leydæ philosophicis imbuendum
disciplinis aluerūt. Vnde iterum anno 1581.
Geneuam ad Theologiæ studium Senatus
Amstelredamensis eum ablegauit. Ibi cum
Bezam ad tempus aliquod audiuisset, fa-
ctus quibusdam Petri Rami quam con-
tentiosius defendebat philosophiam exo-
sus, Basileam concessit: vbi maiori fauore ac
diutius commoratus tandem Geneuam re-
dijt. Italiam deinde visitauit, Patauij aliquā-
tulum substituit motus famâ Iacobi Zaba-
rellæ, qui tunc philosophiam ingenti homi-
num concursu Patauij profitebatur. Ipse
Arminius in eadem vrbe Germanos quo-
dam nobiles Logicam docuit. Inde Romā,
reliquamque Italiam perlustrauit. Incurrit,
ob hoc factum, in offensionem Amsterda-
mensis Senatus, plurimq; ex populo fugi-
lari

lari cæpit dictarijs, quasi Romani Pontificis deosculatus esset soleam, Iesuitis adsueisset, Bellarmino innotuisset. Verum reuersus Geneuam & inde post mēses aliquot in Patriam reuocatus, egregiā in Pontificem & religionem Catholicam maledicentiā minus synceri Caluinianismi suspicionem ex hominum cordibus dimouere conatus est; Receptus Amsterdami ad concionandi officium, magno id applausu annis quindecim ibidem exercuit. Interim transmissus ipsi est à quodam Martino Lydio, professore Franekerensi ex Frisia, libellus à ministris quibusdam Delphensibus aduersus Bezam conscriptus hoc titulo : *Responsio ad argumenta quædam Bezae & Caluini ex tractatu de predestinatione in caput IX. ad Romanos.* Suscepit libellum Arminius, pro honore magistri sui Bezae responcionem paratus. Verum dum refutationem moliens argumenta obiecta ponderat; solutionem non inuenit, dat vietas manus, moxq; lōgius adhuc quam libelli istius authores à magistri sui sententia abscedit. Nec verò hanc, quam recenter induerat, opinionem silencio premit; sed occasione oblatâ, cum celeberrimis suæ religionis (iā iterū reformatæ) Doctoribus collationes, seu disputaciones per scripta instituit. Nam ad Franciscū Iunium tum Leydæ magni nominis Theo-

logiæ professorem dubitationes suas contra Caluini ac Bezzæ aliorumque rigidiorum Caluinistarum Prædestinationem transcripsit. Respōsiones à Iunio pro Caluino recepit. Sed contra ipse iterum replicauit; satisfactum sibi à Iunio non esse contendit. Dū autem vltterius à Iunio responsum non accipit, ipse post etiam Guilielmi Perkinsij nobilis in Cantabrigiensi Angliae Academia Théologi, libellum *de prædestinationis modo & ordine* examinari instituit. Quo examine nondū absoluto, moriūtur eodē anno 1602. & Fr. Iunius & Perkinsius. Superrat in Academia Leydensi solus Franciscus Gomarus in Theologia professor. Huic ergo collega querebatur Arminius in locum Iunij subrogandus. Vicit id vrgētiū auctoritas aliorum tam pro Ecclesia Ambsterdamensi zelantium quam aduersus Arminij nouam de prædestinatione sententiam. rumusclos spargentium conatus aduersarios. Anno itaque 1603. Arminius Leyde ad ipso Francisco Gomaro Reformandæ Theologie doctor est creatus, ac professio-
nis munus suscepit fere ex oratione Bertij. Arminius itaque noua ista quam diximus opinione imbutus, suos in Theologia disci-
pulos circa prædestinationis eiq; annexorum doctrinam aliter non paulo cœpit instrue-

instruere, quam vel ipse Genevę didicerat, vel eatenus in Academia Leydensi doceri consueuerat. Vnde cum ad prædicandi officium quidam discipulorum eius post admittendi suas darent pro examine Responſiones, deprehensi sunt à recepta doctrina nō parū recedere. Redarguti suū allegabant Doctorem Arminium. Accessit his publica disputatio, quā Anno 1604. 7. Febr. de Prædestinatione præsidio suo sustinuit Arminius, in qua Deum non absolutē quosdam homines ex solo suo beneplacito, sed post lapsum iterum per fidem in Christum credentes ad æternam beatitudinem ordinasse defendit. Similiter de reprobatione, nemine absolutē; sed ob infidelitatem reprobos à Deo esse præteritos & æternis pœnis destinatos. Inde plurium contra ipsum Arminium tanquā cōtra Reformatoruū nouū reformatorē simultates. Acerrimus Arminij Antagonista Franciscus Gomarus, eodem Anno Octob. 12. pro sententia cōtraria de Prædestinatione disputationem instituit; vbi *thesi septima* Prædestinationem definit esse propositum Dei, quo ex rationalibus creaturis (in confuso & indefinitē præcognitis) certos quoddam iuxta suum beneplacitum præordinarit ad supernaturales earum fines, & ad creationem in originali iustitia ceteraque media; ad manifestandam glori-

A 4 am

am sanctificantis suæ gratiæ, sapientiæ, ac liberrimæ potestatis. Et *thesi 13.* obiectum predestinationis ponit rationales creaturas, nō quatenus re ipsa sint seruanda aut perdenda, creāda, lapsuā aut peritura, reparāda: sed quatenus potentia remota & indefinita seruabiles, damnabiles, creabiles, labiles, reparabiles. Dein *thesi 23. & 25.* Reprobationem definit, quod i sit prædestinatio, quā Deus ex rationalibus creaturis in confuso & indefinite præcognitis quosdam iuxta suum beneplacitum ab æterno à vita æterna reiecit, & ad æternam mortem ac contumeliam, ad viam quoque huius, creationem scilicet in originali iustitia, permissionem lapsus in peccatum, priuationem originalis iustitiæ & derelictionem in eadem præordinavit ad gloriam sue potestatis, iræ & potentia in reprobos, sanctificantis verò gratiæ in electos. Denique *thesi 31.* dicit multis reproborum foris per prædicationem, aut etiam intus in animo per spiritum, offerri à Deo salutem, ut infidelitatis & cordis contumacis conuicti, eò magis reddantur inexcusabiles.

Anno Domini 1605. viii. Febr. Arminius cum Rectoratum Academiæ deponeret *de componendo inter Christianos Religionis dissidio orationem* habuit. In qua multa primò enarrat verissima & notatu digna incommoda, quæ ex religionis dissidio oriri solent; inde

inde de eius causis; denique de remedij. Inter incommoda primò numerat dubitacionem de Religione: Quum enim (inquit) populus videt nullum pene esse in doctrina Christiana articulum, de quo non sint diuersae, imo & contraria sententiae, usque adeo ut in quo pars una pro rara & puppim veritatis constituit, altera horrendam blasphemiam vocet: in quo si pietatis ponunt apicem, illi execrandam idolatriam appellant: easque controversias agitari inter viros eruditos, graues, expertos, magnique nominis; neque tantum animaduertit in vita moribusque contendentium discepantiam, ut credere ausit, Deum hisce potius ut sanctioribus, quam illis spiritu suo veritatis assistere; Labitur in illam cogitationem ut existimet Religionis dogmata obscura & incerta esse. Dubitationem istam si excipiet studium inquirendi aliquod; id ipsum abortis difficultatibus deferueret illico, & succedit mera veritatis inuenienda desperatio. Qui enim speret idiota veritatem se inuenturum, quoniam de ipsis principijs, an illa solis scripturis, an etiam non scriptis traditionibus cotineatur, disputari intelligat: quoniam videat sape de versione scripturarum incidere questionem sola Hebrei & Graci sermonis notitia solubilem: quum animaduertat doctorum virorum, qui de Religione tractarunt sententias, non raro testimonij vice citari; ipse vero maternat antum linguæ gnarus, libris alijs destitutus, solas scripturas habeat in vernacula lingua

translatas? Qui, inquam, fieri potest ut non in
hanc veniat opinionem; nemini quipiam certi
constare posse de Religionis capitibus, nisi qui i-
starū linguarū peritus, omnes traditiones ad vnu-
guē nouerit omniumq; Doctorum scripta exactè
perlegerit, & illorum de singulis dogmatis sen-
tentias accuratè perdidicerit? Desperationem
vero quid sequitur? Aut peruersissima de tota Re-
ligione opinio, aut omnis Religionis abiectio &
Atheismus; vnde germinat Epicureismus infelicio
arboris fructus pestilentior. Quum enim hominis
animus de veritate inuenienda desperat, & ta-
men primo impetu omnem religionis & salutis sua
curā abijcere nequit, compellitur οφ& φάλμακος
pacanda conscientia comminisci. Aut sta-
tuet, necesse non esse ut populus axiomata Religi-
onis cognoscat & exploratum habeat quid cre-
dat. Aut persuadebit sibi omnem cultum bona
deuoti animi intentione Deo impensum, ipsi gra-
tum esse, ideoque in omni Religione modò illam
ex conscientia obseruet, hominem saluari posse,
omnesque sectas pari loco habendas. Hisce opini-
onibus imbuti, non modo omne rerum diuinarum
studiu de serunt ipsi, sed, & stultitia arguunt illos,
qui laboriosā inquidunt operā, quod iuueneri non
posse rentur; quasi de industria querant in quo
insaniant. At vero non minus proclivis ex despe-
ratione ista in Atheismum lapsus est. Nam quod
vera Numen Religione desperant colere, ab om-
ni illius cultu citra maiorem noxam abstineri
posse

poss arbitrantur; propterea quod nullum nisi à se
prescriptum cultum gratum habeat Deus & prae-
mio remuneretur. Deinde aliis adhuc duabus
rationibus ex Religionis dissidiis Atheismū
procreari dicit, quarum prima sit, quod isto
dissensionum ariete firmamenta prouidentiae di-
uina, quæ omnis religionis basis est, vehementer
concutiuntur: quum subit animum cogitatio,
quod prouidentia si nulla sit, primarium munus esse
videatur, charissimam filiam suam religionem
in tam clara luce collocare ut omnium qui non
ultra oculos sibi effodiunt, aspectibus sit manife-
sta. Altera, quod homines prophetia, quæ Reli-
gionis continet instructionem; & cultus diuinū
exercitio destituti, primo in infiditatem & dis-
tudinem cultus, inde in ipsam impietatem pro-
labantur. Ex atheismo porro radice pullulat Epi-
cureismus, morum omnium in licentiam dissolu-
tio & pernicies; ruptis scilicet diuini timoris re-
pagulis, quo solo in officio continentur. Dein-
ceps docet, qua ratione ex Religionis dis-
sensione odia nascatur & ex odijs schismata,
factiones, persecutio[n]es & bella. Remediū
daturus nullū esse aliud docet perter conciliū
seu synodum ordinatē ac legitimē insti-
tutam. Pro cuius preparatione requirit vota
& supplicationes cum ieiunijs cinere & sacco, i-
tem vitæ seriam emendationem, Superbiā,
auaritiā, luuxriā cæteraq; virtutia contrariis
vult virtutibus permutari, adeoq; conciliū
con-

conuocari non nisi ex viris sapientia, vītæ
sanctitate, experientiā rerum instructis,
Zelo Dei & salutis hominum, amore verita-
tis & pacis flagrātib. Nimirū tales requirit,
quorū nullus sit hæreticus: quos an facile in-
ter suos habere possit vehementer dubito.
Magistratui politico ius tribuit tum con-
uocandi concilium, tum in eo *ordinis & mo-*
deraminis gratia præsidendi. Actiones in ista
Synodo peragēdæ sunt (inquit) accurata de-
cōtrouersijs disceptatio, matura cōsultatio;
& libera sententiæ dictio: quarū omnium
norma sit ipsum verbum Dei veteris & no-
ui testamenti libris consignatum &c. Ex
Synodo sic administrata fructum dicit ex-
pectari posse uberrimum; Non tamen in-
fallibiliter vel omnium corsensum vel ve-
ritatis punctum, etiā ubi consensus fuerit,
attingendum esse existimat: quare & sub-
dit: *Qua verò communi erunt statuta consensu,*
illa per vim obtrudendi non sument authorita-
rem sibi synodus: semper enim cogitare debet
se, quum omnia ex conscientia fecisse videtur;
tamen iudicio labi potuisse, &c.

Eodem anno Iunij 30. in urbe Leyda
conuenerunt Arminium tres Prædicantes
delegati Synodi Hollandiæ Australis, præ-
sentibus etiam duobus alijs Synodi Boreali-
is Hollandiæ delegatis, rumorem, qui de
minùs recta eius doctrina spargeretur, au-
tho-

thoritate Synodali eidem intimantes, adeoque requirentes amicam super ista re cum ipso collationem, vt quid sit rei, quidque adhibendum sit remedij innotescat. Negavit Arminius integrum sibi esse aut expedire, vt quoties, à Theologo quolibet de minus sana doctrina insimularetur, ipse ad examen subito postulari debat: præstare verò ait, vt ipse cum talibus suis detractoribus congressus semel atque iterum calumniam sibi fieri demonstraret, ad hoc suis se sumptibus, quocunque loco fratribus visum esset, promptum fore affirmabat. Ulterius verò vrgenti Francisco Lansbergio, vni ex Delegatis, vt in collationem descenderet, respondit, se cum Delegatis Synodi & rei gestæ rationem ad Synodus relaturis conferre non posse, nisi cum consensu & mandato sui Principalis; excepto eo, quod nec eorum relationi, quā de collationis exitu ad Synodus facturi essent, satis posset confidere. Paratum se tamen (quamuis nullius sibi vel contra verbum Dei vel contra Confessionem aut Catechismum doctrinæ conscientius sit) cum ipsis ut priuatis personis exemplò conferre, ita ut pars quilibet & asserta sua probaret, & aduersarij quoad posset rationibus refutaret; quod si conuenire tunc non possent, de re tota silentium trinque seruaretur, atque ad Nationalem vsque

usque Synodum omnia differrentur. Ne-
gauerunt hoc delegati , atque ita frustrati
discesserunt.

Iulij vigesimo octauo eiusdem Anni Se-
niores Confistorij Leydensis à Senatu Ec-
clesiastico ad Arminium mittuntur, ut cum
eo(nisi inuitum sentirent) de eodem nego-
tio collationem instituerent. Excusauit se
iterum nec quicquam actum est.

Circa idem tempus Classis Dordracena
pullulantibus paulatim inter Gomarum &
Arminium dissidiis falcem adhibere cona-
batur; concepto grauamine in hac forma:
Quum in Ecclesia & Academia Leydensi rumor
sit controversias quasdam circa doctrinam re-
formatarū Ecclesiarum obortas esse, cēsūt classis
necessarium esse , ut de ijs controversiis quam tu-
tiſimē citiſimeque componendis Synodus deli-
beret, ut schismata omnia & offendicula quae in-
de oriri possunt, tempestiuē amoueantur, conser-
ueturq̄ue vnio reformatarum Ecclesiarum con-
tra aduersariorum calumniam. Oblatum est
hoc grauamen Acadēmī Leydensis Cura-
toribus & ciuitatis Consulibus; qui conuo-
catis professoribus ab iisdem scissitati sunt:
num quæ ipſis controvēſia huiusmodi eſſent per-
ſpecta: Illi, re inter ſe primū examinat & ſeorsim
perpensaq; , vnanimiter responderunt : optasse ſe
& Classe Dordracena melius ordinariſq; in hac
re auctum eſſe: Inter ſtudioſos quidem opinari ſe
plura

plura disputari, quam ipsis gratum sit; inter se vero, hoc est, inter facultatis Theologica professores, nullum discrimen, quod quidem constet, esse in Fundamentis doctrinae. Daturos quoque operam, ut qua inter studiosos disputationes istiusmodi obiecta sunt, minuantur. Actum x. Aug. Anno. 1615. Subscripte:

Iacobus Arminius pro tempore Rector Academiae.

Franciscus Gomarus.

Lucas Trescatius.

Eo ipso die quum idem quoque propositum esset D. Ioanni Kuchlino Regenti Collegij Theologici, respondit se ipsi quia a DD. Professoribus dictae videntur, suffragari.

Nouembris nono Leydam venere Delegati Synodi Hollandiae Australis, Vniuersitatis Curatoribus nouem quæstiones proponentes, petentesque ut ipsi Curatores a Theologiæ Professoribus responsiones ad easdem quæstiones postularent. Negarunt id Curatores huiusmodi disquisitionem ad Nationalem Synodum, quæ proximè futura sperabatur, differentes.

Respondit nihilominus postea ad quæstiones istas Arminius; singulis quoque eorum aduersariis quæstiones opposuit. Prima quæstio Synodalnis erat:

Num electio sit prior, an vero fides præuisa, ita ut Deus secundum fidem præuisum elegerit suos.

Prima Arminij huic opposita: *An*

- An decretum de danda alicui fide, prius sit decreto quo statuitur fidei ad salutem necessitas.
2. Synodal: An inde sequatur Deum esse auctorem peccati, si dicatur aeterno suo decreto omnia, & singula, etiam prauas hominū voluntates ad certos bonos fines determinasse & regere.
2. Arminij: An determinare & dirigere omnia & singula etiā prauas hominum voluntates ad certos bonos fines, idem sit quod statuere, ut homo vitiosus fiat & peccet, quo via patefiat exsequendo absoluto decreto Dei de nonnullis in ira damnandis, & alijs ex misericordia saluandis.
3. Synodal: An peccatum originale hominē per se aeternam mortis reum faciat, etiam nullo accidente peccato actuali: an verò eius reatus Christi mediatoris beneficio ab omnibus & singulis hominibus sublatu sit.
3. Arminij: An si nonnulli propter solum peccatum ab Adamo perpetratum, alijs etiam propter repudiatum Euangelium condemnentur, non sit duplex peremptorium decretum de damnandis hominibus, & duplex iudicium, vnum legale, alterum Euangelicum.
4. Synodal: An opera non renatorum ex viribus naturae profecta ita Deo placeant, vt illis ad conferendā ipsis gratiam supernaturalem & salutarem moueatur.
4. Arminij: An serius sensus peccati & timor initialis ita placeant Deo, vt ijs moueatur ad peccata

peccata remittendum & timorem filiale in-
generandum.

5. Synodal: An Deus iure suo, nunc ab ho-
mene lapso fidem in Christum exigat, quam ex se
habere non potest: An vero omnibus & singulis,
quibus pradicatur Euangelium, det gratiam
sufficientem, qua, si velint, credere possint.

5. Arminij: An Deus iure ab illo homine possit
postulare ut credat in Iesum Christum, pro quo,
decreto absoluto statuit, ne Christus moreretur;
& cui gratiam ad credendum necessariam dene-
gare, eodem decreto statuit.

6. Synodal: An fides iustificans sit solius Dei
vocantis, illuminantis & voluntatem reforman-
tis effectum & purum donum, idq; solis ab a-
eterno electis proprium.

6. Arminij: An id purum donum dici queat,
quod à pura liberalitate offerentis oblatum, ab eo
tamen cui offertur repudiari potest: an vero vo-
luntaria acceptio id doni nomine indignum
faciat.

ET, an fides detur saluādis; an vero fidelibus de-
tur salus: an utrumq; dici possit diuerso respectu;
& si sic: quomodo in istis decretis non sit circu-
lus, in quo nihil prius & posterius est.

7. Synodal: An quilibet verè fide'is possit ac
debeat de salute sua certus esse in hac vita.

7. Arminij: An fides iustificans naturae ordine
precedat remissionem peccatorum, nec ne: & an

B quispiam

quissiam ad aliam fidem adstringatur, quam ad iustificantem.

8. Synodal: An verè fideles & electi fidem ad tempus prorsus amittant.

8. Arminij: An aliquis fidem habens & retinens incidat in illud momentum, quo si obiret, condemnaretur.

9. Synodal: An fideles sub gratia noui Test. possint in hac vita legem Dei perfectè seruare.

9. Arminij: An Deus à consortibus Noui Test. postulet ne caro aduersus spiritum concupiscat, tanquam officium gratiae fæderis istius respondens, nec ne.

Hæ questio[n]es cū responsionibus Arminij ad priores, editæ sunt ab eius filiis An. 1613. Cætera quæ ante retulimus, partim habet Arminius in Declaratione sua ad Ordines pag. 2.3. & 4. partim Petrus Bertius supra.

1606. Anno 1606. Martij decimoquinto, Ordines Generales, vt Nationalis Synodus conuocaretur, consenserunt, idque nomine Illustrium ipsarum Dominationum, ut pote legitimorum Magistratum, protectorum ac defensorum in hisce regionibus Christianæ Religionis reformatæ, & quibus proinde ius competit, &c. vt Synodus illa Nationalis cum revisione Confessionis & Catechismi earundem Ecclesiarum & Constitutionibus Ecclesiasticis hactenus in ea frequentatis in nomine & timore Domini ita instituatur, vt, &c.

Hac

Hac autem tempestate (aiunt Leydenses pag: 15.) non minus segniter de ijs ferè quibus ante (scilicet anno 1597.) quæstionibus inter Hollandiæ & aliquot vicinarum prouinciarum Pastores disputabatur, alijs rigidiorem Doctoris Francisci Gomari , alijs eam , quæ Reineri Dontheclokij nomine venditabatur , alijs mitiorem D. Arminij de Prædestinatione , eiique annexis quæsitis sententiam amplectentibus, singularis verò opinioni suæ in Confessionis & Catechismi verbis patrocinium aliquod quærerentibus. Ob has itaque necessitates vrgbatur Synodus; hęc tamen, licet ab Ordinibus iam concessa, inchoata non fuit. Causam ibidem subiungunt Leydenses : Male habuit Ecclesiarum Delegatos de reuidendis Confessione, Catechismo & Canonibus Ecclesiasticis mentionem injici. Aiebant scilicet isto commate in dubium vocari totam illis Breuiarijs comprehensam doctrinam. Vrgebant forense hoc esse *Reuisionis* vocabulum, nec postulari illum a&tum, nisi cum latæ sententiæ non acquiescitur, sed eius retractatio aut mutatio potius postulatur. Quare tam grandis negotij & tantorum consiliorum moles ex vocis istius interpretatione pependit aliquamdiu , & in hunc usque diem impeditur. Reuersus igitur

tur ad suos Pastoribus ijs, qui ad petendam Synodum missi fuerant, diligentius ad rescripti istius tenorem attendere cœperunt Hollandicæ Ecclesiæ, quæ in Synodo Gorinchemensi habita mense Augusto eiusdem Anni c15. I. cvi. æquitatem istius De recognoscenda Confessione & Catechismo clausulæ suo suffragio comprobaverunt. Ecclesiis enim videri, ait Synodus, in Synodo Generali confessionem more solito expendendam iterumq; examinandam esse, &c. ideoque Professoribus Leydensibus, & Pastoribus ad eam Synodum pertinentibus mandatum, ut Confessionem & Catechismum in hisce regionibus usurpatum diligenter perlegant & scrutentur. Pergunt dein sic:

1607.

Anno 1607. mense Iunio, euocatis ab Ordinib. insignioris notæ aliquot Pastoribus & Doctoribus ex omnibus Confœderatis Provincijs, conuentum habuere, quem dicunt *preparatorium*, ubi de forma & modo habendæ Synodi cognoscere eorum iudicia voluerunt. Verum in eo ipso conuentu rursum Recognitionis istarū Doctrinæ formularum, quantumuis ea non sine exemplo aliarum Ecclesiarum & grauissimis de causis à supremo Magistratu decreta esset, acritet restitutum est, iudicatumque in Synodo nationali non debere Confessionem

Belgi-

Belgicarum Ecclesiarum (ita habent Leyden. desiderato verbo, reuideri vel examinari) sed posse relegi, Si id Synodus ob incidentes causas necessarium iudicauerit. Vnde hic tali modo conqueruntur Remonstrantes: En resciſſum hic tredecim aut circiter Ecclesiastarum iudicio summarum in Belgio potestatū Decretum. Et sic porrò non ab Ill. Ordd. Generibus, sed ab ipsis Ecclesiarum Pastoribus in expectatione desiderata Synodi detenta sunt nostre Ecclesie.

Fuit in hoc conuentu etiam Arminius multumque ibi diuersis vicibus postulatus fuit apertè se declarare in iis, quæ in Catechesi & confessione desideraret. Sed renuit ipse illud facere, priusquam ad Synodum ipsam ventum esset. vid. Sibr. Lubb. in Resp. ad Epist. z. Berry.

Interim Ministri quidam Hollandiæ recognitionem illam vrgere non desinebant. Indicitur Synodus Hollandiæ Australis Delphis habenda, prius tamen deputantur ad Arminium tres diuersarum Ciuitatum Prædicantes. Hi iterum Arminium de sententia sua interrogant, negat ille collationem, dicens differendum esse hoc negotium ad Synodum nationalem, atque ita eos dimisit. Inde in Delphensi Synodo articulo quarto statutum est, ut Ecclesiastæ & Theologiæ Professores in omnia scriptis

istis seu formulis contēta tum quo ad substantiam , tum quo ad verba & phrases attentē inspiciant. Ibi tum aliqui Prædicantium, ne Doctrinę reformatę capita in controuersiā vocare viderētur, in pleno Concilio vltro testati sunt , se Confessionem & Catechesin quod ad substantiam, & fundamen-
tum doctrinę pertinet probare. Vrserunt tamen alij, vt edicerēt, num omnia etiam verba & phrases, & quicquid est istiusmodi in Confessione & Catechismo conformia esse crederent Diuino verbo, an nō. Detrēctarūt ad hoc respōdere dicti Pre-
cantes, ex Ordinum & Gorichomiensis Synodi decreto ad Nationalē Synodū hāc inquisitionem differri postulantes. Inde statim hi passim per Ecclesias Batauorum & finitimas quoque regiones, partim clancularijs susurris, partim propalatis apud vulgus delationib. vt heterodoxi & de impuriore doctrina suspecti , traducti accusati-
que sunt.

Anno 1608. aduersus Arminij iam felici-

8. ter inchoatam reformationem, excitari cæpit durus quidā & insuperabilis propheta, agitatus spiritu Domini , illo scilicet qui vexabat Saul. Iuuenis erat natione Ultraie-
ctinus dictus Vincentius à Drielenburch. Dederat hic operam ad tempus aliquod juris prudentiæ in Academia Leydensi, in
hung

hunc usque annum (ut ipse fatetur) nondū
renatus, nec fidelis, sed vehementi præiudi-
cio abreptus aduersus Caluinistas & Consi-
storiates, seu eos qui confessionis Belgicę &
Heidelbergensis Catechismi doctrinam
conformem esse credunt sacris literis. Hoc
autem anno diebus circiter 14. ante pascha,
cum esset Ultraiecti, dicit in oratione ma-
tutina subito in se descendisse virtutem
Dei veluti diuinam quandam obumbrati-
onem atque inspirationem qua certò in-
tellexerit se esse per Christum iustificatum
& à damnatione redemptum, moxqueita
fuerit mutatus in nouū hominē, vt nō solū
verā fidē & conscientiæ quietē sit adeptus,
sed etiam istiusmodi S. Scripturæ notitiā,
vt quiprius tanquā per nebuam verbū Dei le-
gerat, nūc clare & dilucidè illud legerit & intel-
lexerit; imo vt claram Saluatoris faciem sibi im-
pressam viserit. Noueram (inquit) iam cœlestē
Patrem, noueram Filium, noueram Spir. S. noue-
ram Deum. Scripsit paulò post de hac sua re-
generatione quædā ad Iacobum Arminiū,
à quo tamen responsū non accepit. Deinde
Leydā reuersus vt iuris studiū absolueret,
in Augusto huius eiusdem anni secun-
dam habuit visionem, in quam cum stupore
fuerit abreptus, occasione lecti istius
præcepti Domini Matth. 23. **Patrem nolite
vocare yobis super terram, vnum est enim pater**

vester qui est in cœlis. Hic itaque primò se
ait vidisse omnes Catholicos contra hoc
Christi præceptum Pontificem Rom. voca-
re *Papam* seu Patrem in terra Christi Vica-
rium. 2. in hoc Pontificis nomine compre-
hensum esse numerum mysticum nominis
Antichristi, quem S. Ioannes Apocal. cap. 13
dicit comprehensurum *sexcenta sexaginta*
sex. Itaque inscium se pro nomine *Pater à*
Deo scripsisse *Patera deo*, moxque appli-
cato, iuxta græcam calculādi formulam, ad
singulas literas valore arithmeticō, ipsū re-
perisse, qui querebatur numerū. exultasse
mox se præ gaudio; geminatum R. non iam
lapsum; sed quia vocem *Terra* secum in il-
lud nomen trahat, nec sonum in pronunci-
ando mutet, *Oraculum* putasle quo omnes
Papistæ possint eludi,

Hac erga visione illustratus propheta
pergit mox ad Arminium, mysterium
eidem aperit, & copiam suæ prophetiæ a-
pud illum deponens, ipse cum autographo
subito Hagam comitis pergit, vt Principi
Mauritio & Dominis suis Ordinibns Ge-
neralibus idipsum exhibeat. Hagam vbi
venit ad Ioannem Vtenbogardum Comi-
tis Mauritij tunc concionatorem se confert
vt per eum acceſsum ad Mauritium impe-
tret; negotia ait se habere diuina per Dei spi-
ritum sibi reuelata, quæ communicare suæ
Excel.

Excellentiæ & per eam Ordinibus Generibus debeat. Ioannes Vtenbogardus ipſi respondet, non posse se hæc tam facile credere nec cum ipſo ad suam Excellentiam pergere, niſi prius ipſe Drielenborg miraculū ſibi aliquod exhibeat. Tū Drielenborg paullum cunctatus, exhibiturū ſe ei miraculū recipit: prolaturum ſcilicet nomen Antichristi ſeu bestiæ, quod nulli mortalium fuerit hactenus cognitum, moxque familiari vocis tono Pontifex Romanus, inquit, est Paterradeo, iterum ſecundò altiori voce idipſum repetit. Demum tertio quanta poterat contentionē maxima idem denuo ingeminat, ita ut tremere circumquaque viderentur omnia. Vtenbogardus, auditotam monstroſo miraculo, timore correptus ē muſeo ſuo diſcedere atque hominem ſolum inibi relinquare parat. veritus ſcili-
cet ut, ſicut ab aliis Sanctis, cæcis aut claudis membrorum ſolet integritas restaurari; ita in ſe mutilando nouus hic miraculorum patrator virtutis ſuę periculum faceret. Iamque fugam adornans, Hoccine, inquit, est quod promiſisti, miraculum, pulchrum ſane miraculum: Et ego huiusmodi facile miracula fece-
ro: Monsieur Drielenborg caue ne iudicy te beneficium deferas. Tum ille nihil eius rei eſſe periculi afferens, Vtenbogardum ut quæ à ſe prolatā erant calamo in chartam exciperet,

B 5 roga-

rogabit; sed frustra: donec tandem in genua prouolutus & per amorem Dei deprecatus permouit eum ut resumpto animo quæ audierat verba describeret: Scripto iam nomine geminatum illud R. Vtenbogardo nō multum placuit: ideoque quamprimum potuit, hominem à se dimisit, nec accessū ei ad Mauritium procurauit.

Ille ergo spe sua frustratus redit eodē die Leydā, Arminio de sinistro suo successu queritur, & ab eo non multum serio commendatus in opportunius tempns mysterij tanti, cuius capaces nondum erant homines reuelationem differt. Sibi tamen interim & familiæ suæ prophetare non definit. Nam sequenti anno tertiam visionem iam matrimonio cum exiguo continentia adeoque veræ regenerationis testimonio, copulatus, Ultraiecti habuit, in qua eundem Antichristi nominis numerū Belgicis hisce dictionibus *Roomsh paep. I. Romanus papa* competere intellexit. Sed ante annū 1613. in publicum visiones hasce suas non diuulgauit:

Eodem hoc anno 1608. Ordines Arminium eiusque Antagonistam Goimarum Hagam Comitis euocant, Senatumque supremi Consilij cum quatuor Prædicantibus delegant, ut de Controversijs eorum inquirant, suumque de eis iudicium ad se referat.

Pro-

Proposuit Gomarus Arminio vnum & triginta articulos, vt & Arminius Gomaro vigintinouem vterque scripto, neutri verò alterius responsiones videre concessum est. Sed Delegati examinatione partium facta ad Ordines hoc modo retulerunt; Inter Gomarum & Arminium (quantum quidē ipsi iudicarent) nullum esse de capitali aliquo ad salutē necessario punto dissidium. Hinc ira excanduit Gomarus in tantum, vt in Confessu Ordinū vehementi contentione palam assueraret, tantum esse inter suam & Arminij sententiam discrimen, vt ipse cum Arminij sententia ante Christi tribunal comparere non auderet, additque tantam inde orituram esse similitatem, vt non prouiciæ solum & ciuitates, sed ipsi etiam ciues in se mutuò sint insurrecturi. Arminius contra paratum se sistebat vel ex tempore, aut quandocunque Dominis Ordinibus visum esset, innocentiam suam & causæ æquitatem clara explicatione manifestam reddere. Gomarus deinde domum reuersus articulos suos Arminio propositos typis diuulgat, Arminium in multis perstringit. Respondet ijsdem articulis Arminius; iniuriam sibi à Gomaro illatam, falsisque errores impositos demonstrat.

Octobris vigesimo Ordines Arminium literis denuò ad se euocant, vt in penultimū eiusdem

eiudem mensis diem Hagæ se sistat, promissam Doctrinæ suæ explicationem & orationem & scripto præstiturus. Paruit ipse, eamque professionem exhibuit, quam post eius obitum anno millesimo sexcentesimo decimo, relicta eiudem vidua adiuta à suis fratribus typis emisit. In hac professione plurimis primò se excusat de negata hactenus collatione cum ijs, qui ex authoritate Synodi se conuenerant, purgans se ex eo præcipue, quod non Synodo alicui siue Australis, siue Borealis Hollandiæ, sed politico suo Magistratui de suis actibus rationem reddere teneretur, atque ita sine Magistratus mandato nō potuerit se alicuius Synodi examini aut iudicio submittere; aitque pag. 8. Si &c. Sic ego Synodo aliquam in me autoritatem aut ius concessissim, quam nes habet, nec ego ex officio meo concedere ei possum absque iniuria eorum, qui à politico magistratu misib[us] sunt præpositi: Deinde pag. 9. Si dicatur (adit) debuisse me aperte meam sententiam edicere, vt de ijs, quos forte haberem, erroribus potuisse instrui. Respondeo ita se rem habere, vt non ego solus, sed plures etiam alij in religionis negotio hæsitent, adeo vt instructio prodesse nulla possit, nisi omnibus illis conuocatis in tali loco, ubi definitiva de omnibus sententia feratur. Inchoatusus finitimi dei

dei suæ professionem primo Ordinum Cōgregationi proxime post Deum obedientiam se debere fatetur , idemque in finere petit. Deinde triplicem ait esse inter reformatos de Prædestinatione Sententiam. Horum primam se improbare , hanc scilicet: Quod Deus ab æterno nullo habitu respectu vel ad existentiam, multò minus ad lapsum hominum quosdam ad æternam vitam, ceteros ad mortem ordinauerit, ideo solum , vt iustitiam suam & misericordiam vel absolutum in omnia dominium, sapientiam & iustificantem gratiam declararet: Quod ad hunc finem obtinendum ordinauerit mediaſſum necessaria ad finem istum connexione, idque vi prioris decreti; ita vt præordinatus per ista media necessario ad præstitutum fine perducatur: Quod inter hæc media Creatio hominis in originali iustitia, lapsus ipsius & iustitiæ originalis, ac imaginis Dei priuatio, simulque Conclusio sub peccato & damnatione, sint communia prædestinatis & præscitis: Quod pro fine electionis medium D E V S ordinauerit missionem C H R I S T I , & in adultis efficacem vocationem ad fidem , ita vt vocatus dissentire non possit : Conseruationem quoque in fide & iustitia usque ad mortem, per quam fiat,

vt

ut electi plena voluntate peccare aut à fide
& gratia excidere nunquam possint; ita ta-
men, ut paruuli non omnes, sed ij duntax-
at, qui prædestinati sunt, ob solam Christi
satisfactionem & meritum, salutem conse-
quantur: Quòd medium reprobationis
omnibus reprobis etiam paruulis commu-
ne fit negatio gratiæ etiam sufficientis, eò
quod pro ipsis Christus (qui causa est me-
ritaria gratiæ) non sit mortuus, nec velit
Deus spiritum Christi reprobis conferre:
Quòd quibusdam (adultis) reprobationis
medium proprium sit obduratio, contin-
gens eis vel ob peccata præcedentia; ad cu-
ius obdurationis executionem det Deus
cognitionem iustitiæ suorum mandato-
rū, quæ ipsi in iniustitia coguatur obserua-
re; ut sint inexcusabiles; vel ideo, quia Euā-
geliū gratiam reiecerint; ad cuius obduri-
onis executionē vtatur Deus vocatione nō
sufficienti & inefficaci, idq; tā ex volunta-
te Dei, quām ex effectu; ita vt, vocatio ista
vel tantum sit exterior; ad quam fides se-
qui non potest, vel etiam interior solius
intellectus illuminatio, qua etiam Dæmo-
nes credunt, vel denique aliqualis etiam
motus ad cælestia dona degustanda: quòd-
que ij, quibus hoc postremum contingit,
omnium sint longè miserrimi, cum tollan-
tur

tur in altum , vt lapsu grauiore ruant;
quippè qui necessariò ad vomitum re-
deunt.

Hanc opinionem dicit à quibusdam te-
neri, vt fundamentum *Christianitatis, salutis*
& *certitudinis salutis*, esseque, secundum il-
los, certissimam fidelium conscientiarum
consolationem, contrarium autem Pelagi-
anum esse ac Diuinæ gratiæ imminutuum.
Deinceps ipse Arminius hæc singulatim re-
futare aggreditur. Primum quidem , quia
Christianitatis fundamentum solummodo sit
decretum Dei statuentis Christum caput
Saluatorem ac fundamentum saluandorū:
prædestinationis verò istius doctrina non
sit ea , qua præcisè fideles vt membra isti
Capiti vniuntur. Secundum; quia prædesti-
natio isthæc non sit decretum Dei secun-
dum propositum in Christo Iesu , nec do-
ctrina istius prædestinationis sit virtus Dei
in salutem omni credenti, cum Iustitia Dei
per eam non reueletur ex fide in fidem.
Tertium denique; quia *salutis certitudo* hoc
argumento nitatur: *quiunque credit, saluabi-
tur; ego credo, ergo saluabor.* Cùm tamen do-
ctrina isthæc nec maiorem , nec minorem
huius argumenti tradat. Addit nō tradi ista
prædestinationem in Euangilio, cum ibi
(etiam ex ipsius Gomari in suis thesibus

con-

confessione) nusquam explicitur, quosnam
figillatim (per paucis exceptis) nec quot, sed tan-
tum quales generatim prædestinauerit Deus.
Deinde ait istam prædestinationem sex-
centis primis post Christum annis in nullo
vnquam Concilio definitam esse, nec ab
Augustino aut alio quoquis Patre intra pri-
mos sexcentos annos receptam; quin immo
nec conformem esse Catechismo aut Con-
fessioni Belgicæ, ut nec multarum Ciuita-
tum ac Provinciarum aliarum Confessio-
nibus. Imo verò repugnare diuinæ sapientiæ,
iustitiae & bonitati; natura quoque humana,
cum ab ea liberum arbitrium remoueat; i-
tem repugnare rationi creationis vita, &
mortuæ aeternæ peccati quoque & gratia; De-
nique detrahere honori diuino; cum ex ea
sequatur Deum esse peccati authorem, quod
quatuor argumentis probat, atque in-
de infert, non hominem, sed Deum pecca-
re, & quoniam implicat, peccatum esse, quod
Deus ipse facit, concludit, peccatum, nul-
lum esse peccatum, aliaque plura absurdæ &
inconuenientia: quin immo constanter af-
seuerat per istam doctrinam euerti funda-
mentum, non Christianæ duntaxat, sed o-
mnis etiam omnino religionis; ideoque
ob hanc præcipue doctrinam, Reformatos
pessimè

pessimè haec tenus audire apud Papistas, Mennonistas & Lutheranos: atque ob hanc causam se commotum ad istud punctum diligentius attendere, ut sine detimento cum Antichristi regno bellum posset gerere.

Deinde secundam proponit aliorum sententiam Quod nimur Deus ex omnibus hominibus pauciorem partem ab æterno decreuerit ex suo solo beneplacito, gratiæ suæ ac gloriæ participem facere, ceteros præterire & sibi met ipsis relinquere; dein verò ubi sic sibi relictos peccasse vidi; damnationi ac pœnæ destinare: ita tamen ut prædestinatio seu electio respectu finis consideret hominem in communione & absolutè; respectu mediorum consideret hominem ut lapsum in Adamo: utque in Decreto finis hi duo sint gradus, primus Dei præscientia, qua nouit suos, secundus præfinitio, qua salutem illis ordinavit, eligendo scilicet illos primo ab æterno, deinde vero gratiam & gloriam præparando. Media quoquè sint, primò ipse Christus, deinde vocatio efficax & perseverantia donum. Ad reprobationis verò executionem ordinetur derelictio in natura & gratia supernaturali denegatio iustè à Deo facta.

C

Tertiam

34 HISTORICA NARRATIO

Sententia 3. Tertiam denique sententiam subiungit quorundam dicentium, Prædestinationis & reprobationis obiectum esse hominem lapsum, ita tamen ut in prædestinationis nullum habuerit Deus respectum ad eorum fidem seu pœnitentiam, ut nec in reprobis ad impœnitentiam sed ad suam datur taxat gloriam.

Censura Arminij de veritate sententia posteriori. Has duas posteriores sententias idèò dicit excogitatas, ut Deus peccati author non esse defendi posset, reuera tamen ad hoc eas non sufficere. Non quidem priorem; tum quia Deus negando sufficientem gratiam in causa fuit, ut necessariò peccatum sequeretur, tum quia omnes sic à Deo neglecti, non possunt non damnari. Nec etiam posteriorem, partim quidem, quia eiusdem fautores dicunt, quod Deus subtrahat reprobis gratiam ad nō peccandum necessariam; partim verò, quia ponunt Deum voluisse suam gloriam manifestare per vindicatiuam iustitiam, vnde infert Arminius, ex Dei voluntate necessaria esse peccata. Deinde subdit declaratis iam sententijs de Prædestinatione in Ecclesijs nostris & vniuersitate Leydensi doctis, atque à me non approbatis, allegatis quoq; censuræ meæ rationibus, nunc meam propnam sententiam, quā verbo Dei maxime conforto-

*Arminij
sententia
de prædest.*

DE DISSID. MINIST. HOLLAND. 35

conformem esse existim, scilicet. Primū
absolutum Dei decretum de saluādis pec-
catoribus esse quo detruit Christum dare
hostiam pro peccatis. Secundūm , esse vo-
luntatem saluandi in Christum credentes
ac p̄nitentes. Tertium, esse ordinationem
mediorum secundum Dei sapientiam.
Quartum, voluntatem saluandi vel dam-
nandi quoslibet in particulaři propter as-
sumptam fidem, vel propter incredulita-
tem ab æterno in ipsis præuisam, ita tamē,
ut fides non nisi ex gratia tam præuenien-
te quam concomitante credentibus obti-
gerit. Inde post miram huius sententiæ
commendationem admittit Dei prouide-
tiam in omnibus omnino rebus, dum mo-
do per hāc non cōstituatur peccatiauthor.

Liberum arbitrium ad vera bona fa- *De libera arbit.*
tienda per gratiam Dei dicit roborari; *De gratia inhaerente,*
Gratiam verò non esse solum Dei fauorem erga peccatores, sed etiam esse Dei dona
intellectui ac voluntati hominis infusa, fi-
dem scilicet, spem , charitatem &c. sine
quibus nihil boni homo valeat vel cogi-
tare; esse quoque iugem assistentiam Spi-
ritus sancti, præuenientē, excitantē, conco-
mitantē & subsequē in omne opere bono;
ita tamē ut hominē ad operandū nō nece-
sitet, sed ab eo repellī possit, idq; s̄pē fieri:

C 2

Pet

36 HISTORICA NARRATIO

De hominū Per hanc gratiam posse hominem præua-
possibili per- lere contra Diabolum, mundum & carnē
fectione.

De perseue- gratiam semel verè acceperunt, possint ei
rantia per- per suam negligentiam amittere & mun-
petua.

De iustifica- do denuo adhærere, dubitare se dicit. Por-
tionis certi- ro certitudinem huius gratiæ habitæ mo-
tudine.

ralem concedit: eam verò, quæ sit fidei, non
audet asserere: Audet tamen dicere, posse
hominem per Dei gratiam in hac vita esse
perfectum, ita ut non peccet, quamquam
in nemine id fiat aut factum sit, exceptu
solo Christo. Dein quæstionem mouet
dicit de dicto isto Apostoli Rom. 4. Fida
imputatur ad iustitiam. Vtrum scilicet id
intelligi debeat proprie ita ut ipse actus
fidei inhærens homini imputetur coram
Deo, ex gratijs acceptance, in siue ad
Iustitiā: an vero figurate & impropriè ita v
iustitia Christi per fidem apprehensa cre-
dentibus in iustitiam imputetur. an deni-
que etiam sic, ut iustitia ad quam fides im-
putatur, sit fidei instrumentale opus. Suam
sententiam dicit esse, quod per merita so-
lius Christi Deus credentes reputet iu-
stos, nullos autem alios, præter credentes:
ideoque conuenienter & proprie dici, fi-
dem homini credenti in iustitiam ex gra-
tia imputari; quatenus D E V S I E S U S
Christus

Christum filium suum proposuit tribunal gratiæ, siue propitiationem per fidem in sanguine ipsius. Tandem obiectum si bi esse ab æmulis, permotos à se esse Ordines, vt Catechismi & Confessionis revisionem imperarent; negat esse quidem id à se factum, rectè tamen ac bene id factum esse sustinet; posse scilicet & debere formulas illas ad sacram Icripturam, quæ sola infallibilitate gaudeat, examinari, atque inter cætera disquiri: An non contineantur in formulis istis contradictiones seu pugnatio dogmata. Rationem dubij subiungit, quia cum aliquando à quodam Concionatore Doctor Ioannes Piscator in Nassovia professor per literas fuisset admonitus, ut in doctrina de iustificatione, ad Heidelbergensem Catechismum se conformaret, eiisque tria eiusdem Catechismi loca tanquam opinioni eius repugnantia ab eodem Concionatore fuissent obiecta, respondit ipse, se Cathechismo per omnia consentire, citans decem aut vndecim eiusdem pro sua doctrina testimonia. Subdit autem Arminius: Ego verò Sanctè affirmo, non me videre, qua ratione loca ista Catechismi conciliari possint. Adducit item exempla Augustini, Helueticæ ac Gallicanæ Confessionum, quæ reuisioni & mutationi subiacuerunt.

rint: immo, ait, ipsa Confessio Belgica etiam
reuisa atq; per additionem, detractionem, alijs-
que modis est variata. His qui obisciunt,
hoc modo singulis annis reformatorum fidem in
dubium vocari ac mutari posse, respondet
doctrinam hominum nullam esse indubi-
catam, sed solas sacras literas, secundum
quas omnes alij spiritus probandi sint,
vtrum ex Deo sint, nec ne: alioqui non
potuisse à Luther & Zwinglio doctrinam
Papalem examinari, quæ tot centenis
annis in Ecclesia recepta erat: ne autem ni-
mis frequenti reuisione opus sit, Consiliū
dat, ut Confessio fiat quam breuissima, &
quantum fieri potest, ex ipsis scriptura
verbis confiata.

Hæc summa est professionis, quam Ar-
minius hoc anno (vt diximus) obtulit Or-
dinibus. Gomarus re cognita, paulò post
sponte Hagam Comitis pergit, audientiā
apud Ordines petit; eaq; impetrata, acer-
ba oratione Arminium traducit, multos
ei errores attribuit, Pelagianismi præser-
tim accusat, Iesuitam, & Iesuita peiorem,
inconstantem, Ordinum assentatorem vo-
cat: defendisse eum ait, Magistratum etiam
gentilem in Synodis Christianis sententiā
posse suam dicere ac præsidere; quin im-
mo Pontificem Romanum fratrem, mem-
brum

brum filiumq; Ecclesiæ matris appellasse. Tradit dein scripto Ordinibus hanc suam in Arminium inuectiuam , quam demum post mortem Arminij typis diuulgauit. Verùm relicta Arminij vidua in præfatione, quam viri sui professioni præmisit , studiosè eundem Arminium à Gomari calumnijs vindicat , ac præsertim impensis simè à fraternitate cum Romano Pôtifice; prodens ex alijs Arminij scriptis immortale eius(cui scilicet ad ultimum usq; spiritum operam dederit) in Romanum Pontificem odium ac venenatam maledictionem: ex altera quoque parte Gomari in Arminium inueteratam propalat inuidiam, de eaque sic ipsi improperat: *Et tu, Gomare, hoc perge pede, sic tuus equuleus cursitet, passionibus frenum relaxa, ac taliter corde disposito, Deum, ut verba tua pro suo beneplacito moderetur ac regat, precare: hoc nimurum oras, firmato iam ante proposito turpiter adeo in proximi famam debacchandi , in eumque iam finem oratione præmeditata: Vnde hec tua tanta in Confratrem acerbitas , quæ ne post mortem quidem eius demoritur? vnde, nisi mera ex inuidia? Nostri quales nonnunquam de frequenti in Concionibus eius auditorio sermocinationes sint habita: Nostri quo astu quidam tibi noti minuere istud studuerint:*

40 HISTORICA NARRATIO

Nostri quisnam inchoata iam primum eius professione, quoque vultu ei dixerit: dicunt te esse doctorem Iunio: Nostri item quid à te, tuisq; cōsortibus nonnunquam de thesibus proprio studio per eum ad iuuentutis profectum elaboratis, ac nonnihil commendatis dictum sit: quid item sit dictum de lectionibus eius super secundā ad Thessalonicenses secundum caput, ad Pontificem Romanum spectantibus, cum eas auditores eius demirantes commendarent: Norunt denique complures alij, cùm aliquando more tuo in eum esses concitatus, eò quod Epistola ad Galatas explicationē inchoasset, cum per acerbo morsu te dixisse: tu inuolasti in meā professionē.

Eodem hoc anno 1608. Nouembris 23. Ill. Hollandiæ Ordines exaratis ad singulas Ecclesiastarum Classes literis, quas quisque haberet circa Catechismum & Confessionem obseruationes denuo ad se trāmitti & custodiæ suæ in Synodus Nationalem committi iusserunt. Qno facto, aiunt Leydenses, ilicet altercationibus istis præpostoris & intempestiuis de scriptorū istorum iterando examine finis impositus est, & altum de ijs in hodiernum diem silentium. Hoc tamen ultimum quomodo verum sit non satis video, cùm postea anno millesimo sexcentesimo duodecimo non leuis fuerit Dorderacensibus Prædi-

can-

cantibus pugna cum Adolpho Venatore,
de eorundem etiam scriptorum autorita-
te. Pergunt interim Leydenles reliqua
huius anni ita describere: Non tamen(hoc
modo)sopitæ fuere ex, quæ de prædesti-
natione, & eius appendicibus vigebant
disputationes; sed ex scholis ad suggestum, ex
suggestu ad promiscuam multitudinem, in fo-
ra, in compita & porticus delata, summa, me-
dia & infima sortis homines exercuere; Haec in
classibus & presbyterijs erant contentionam
materies facunda, nec cuiquam iam Ecclesia-
stæ idem quod nos sentienti in Ecclesia sua pa-
cato esse licebat, aut ullis SS. Theologia candi-
datis ad Ecclesiastica dignitatibus munia aspirare
ultra concedebatur. Mense Decembri, Synodi
provincialis conuocationem flagitarunt ab
Hollandiæ classibus missi pastores. Verum Ordi-
nes Hollandiæ minime hoc ex utili tum reip. tñ
Ecclesiæ futurum iudicantes, vt qui impensi-
mo nostros condemnandi studio duci eos vide-
rent, petitioni ipsorum abnuere, addito non
grauari suas dominationes Synodi copiam quo-
quo tempore facere, modo à temeraria, &
præcipiti fratum condemnatione abstineretur,
donec in nationali Synodo negotium cum pace
disquiri possit. Verum fratres contra obniti &
nostros quibus possunt modis ab obeundo mini-
sterij opere arcere, in plebis odium concionibus,

C 5

& scri.

& scriptis abducere, nouatorum & heterodoxorum exosis nominibus insectari non desisterunt.

Hoc modo dissensionibus incrementa sumentibus, locus & occasio simul data est alijs spiritum suum excitandi & prophetias alias reprobatas denuo in mediū producendi. Fuit in vrbe Leyda ab initio penè eiusdem religionis Cathol. ab an. nim. 1574. concionator quidā dictus Casparus Coolhasius. Hic tunc cernens libertatem prophetandi per Consistorij & Clasium Synodorumq; autoritatē non parum impecdiri; docere cœpit huiusmodi Ecclesiastica iudicia vbi politicus Magistratus Christianam religionem profitetur, admittēda nō esse, totūq; Ecclesię & Ecclesiastarū regimē penes huiusmodi magistratū residere. Hoc posito fundamento, visibilē Christi Ecclesiā latē admodū aperuit; omnes in eā recepit, qui in eius. i. Christi nomine baptizati sacras literas, quocsiq; tandem sensu, recipierent; ideoq; neminē talē vt aliter, quā vellet, credat, molestandū esse aut ex Ecclesia ejiciendū, iniquas propterea esse censuras illas, quas siue olim Catholici siue iam in belgio reformati cōtra dissentientes in quibusdā Christianae religionis articulis, tulissent. Sed libero huius libertipī spiritui oppo-

opposuere se ministri cæteri; in conuentu synodali eum hæresios condemnarunt, tamq; apud DD. Ordines effecerunt ut civitate fuerit exectus anno 1582. Ille Gaudæ inde se recepit tutum hactenus huiusmodi hominum asylum: moxque pro latissima sua visibili Ecclesia librum edidit quæ *Lydiuns* vocavit *lapidem pro examine faciendo quanam sit Apostolica, Catholica, Euangeliæ, Reformatæ, Pura Ecclesia.* In eo parui faciédam esse dicit communicationem cum quacunq; visibili Ecclesia; solummodo serio curádum, ut quis sit in inuisibili Christi Ecclesia. hoc est ut sit viuum eius membrum, quod fiat per spiritum adoptio- nis in fide Christiana & vita bona, sub obedientia politici magistratus cum libera conscientia. Hæc esse quæ oporteat facere, cætera autem, ut sunt baptismi & Eucharistiæ susceptio, S. Scripturæ lectio, concionum sacrarum frequentatio, si libera conscientia quis frui illis possit, non esse omittenda, nec tamen esse ad salutem necessaria. Hunc librum nunc tādem, hoc anno 1608, sperans *Fortuna regressum* denuo recudi Gaudæ curauit. In fine Appendicē adiecit, in qua se, dum Leydæ adhuc pacificum hoc suum euangelium docereret, ita fuisse ciuibus exosum dicit ut

diebus

44 HISTORICA NARRATIO

diebus singulis dominicis pluries centeni homines exierint in voorschooten (pagus is est extra Leydam) concionem audituri, cœnam Domini celebraturi, infantes ad baptismum presentaturi, & matrimonio copulandi: non aliter (inquit) arq; si ego pessimus quem mundus vspianus haberet, fuisse hereticus. Hæc homo iste illic vbi intentioni eius seruiunt ita fatetur apertè. Post paucos tamē annos, annimirum 1611. tractatum quendam de Disciplina Christiana & Excommunicatione ex scriptis Rodolphi Gualteri concinatum, iterum prælo diuulgans, in epistola ad Magistratum Leydensem tractatui isti premissa, dicit se anno 1582. ab Ecclesia ista annullum fuisse inuita tota congregacione ciuium. Ex quibus facile patet liberam nimis hominis istius esse conscientiam. Hoc eodem Anno à Mense Julio usque ad finē penè sequentis anni missis vltro citroque literis, serio de Fide iustificante deque hominis coram Deo iustificatione disputatum est inter Sibrandum Lubberti Theologæ Doctorem & Professorem in Academia Franekerana Frisiæ, & Petrum Bertium Collegij Theologici apud Leydenenses præfectum. Defenderat in Thesibus quibusdam Bertius fidem in Christum per gratuitam acceptilationem Dei in Christo, haberi

haberi pro omni legis iustitia quam ho-
mo præstare tenebatur , ita ut habeat ho-
mo in se inhærens aliquid per quod sit iu-
stus. Hanc sententiam dicebat Sebrandus
Socinianismum sapere: Demonstrat id li-
teris suis latè, ita sensisse Michaelem serue-
tum, Faustum Socinum & Ostorodium,
Fatetur Bertium quidem ab ipsis Hæresi-
archis quoad satisfactionem Christi plo-
nariam pro peccatis nostris dissentire , sed
contendit id verbo tenus tantum fieri , &
ex argumentis quibus pro sententia sua
stabienda Bertius vtitur , inferri posse
impiam istorum hominum, aduersus Chri-
sti satisfactionem, hæresin. Sustinere simul
volet Bertius , fidem apprehendere iu-
stitiam Christi , quæ per imputationem
fiat nostra. Hoc solum verum esse tueba-
tur Sibrandus ita Lutherum , ita post Lu-
therum reformatores omnes docuisse , &
hanc doctrinam simul cum priori effato
consistere non posse, sicut idem simul esse
nequit forma & instrumentum acquiren-
dæ seu apprehendendæ formæ. Familiaris
initio fuit & amica collatio, tādem tamē
vertente anno ita Sibrandus: sibi visus est
Socinianismum Bertij detexisse ut in lite-
ris Anno 1609.9. Iulij datis aperte dicar se
indigne molesteque ferre quod Bertius

Socini

46 HISTORICA NARRATIO

Socini libro sit seductus, hoc ita esse graue
vt & præsentis vitæ statum turbet, & eter-
næ peruerat. Bertius his acceptis, mox ita
orditur: *Quid ergo dilecte in Christo frater,*
post tot totiesq; iter at am scriptio[n]em, nondum
tibi in mentem venire potuit, vt a quo trutinae
examine sententiam meam expenderes? Ego
vero lectione istarum literarum quas nūc tan-
dem de manibus depono ita sensi me commoue-
*ri, vt parum abfuerit quin eas protinus consci-
derim. Video me abs te haber i pro desperato.*
Iam scilicet conclamatum est de Iudi-
cas me Socini sententiam amplecti. Et paulo
post: Quid rationis adfers O homo ad minimū
apicem epistolæ superioris meæ? Ostende, Ostende,
inquā, quænam res Lutherum mouerit vt istam
sententiam conciperet? quando id factum? qua
*occasione? quibus momentis? quo scriptura & colo-
re. cur ipsius cogitationes in alteram partem*
deuolut & non sint? Et infra iterum quærit
quid sit fidem credentia imputari ei ad iustitiā
moxque subdit: Responde si quid tibi est oris
aut cordis. Quid detrectas aut tergiuersaris?
Quid suspicione[s] singis? Quid spectra & por-
tenta, excluso omni ingenio & liberali examine
omniq; Christiana charitate, imaginari? quid
diducis supercilium? Quid diuidis questionem
& partem confessam singis me negare? &c.

Ad

Ad has literas, eo quod tardius eas accepisset respondit Sibrandus 20. Septembis, demonstrans se nihil præter rationem ipsi scripsisse, ipsum vero frustra quæ quæsierat quærere. Ad responsiones meas (inquit) nihil regeris: ad argumenta mea nil respondes: & tamen mones imo pœnè insultans vrges me ut respondeam. Relege primam & penultimam meam epistolam. & pudebit te huins plus quam puerilis iactantiae & insultationis. Rogat deinde Bertium asperè satis, ut clarius ipse suam sententiam explicet. Subditque: Tuæ Rhetoricationes & plus quam pueriles iactantiae atq; insultationes merentur ut in hunc modum te vrgeam. Si modestè sententiam tuam explicuisses ego hoc modo non agerem. Nunc cum ipse hæreas, & ex salebris te explicare nequeas perinde agis ac si me constrictum & conuictum teneres. Deinde ait fidem in hac propositione: Fides imputatur credenti ad iustitiam ponì per metonymiam pro obedientia seu iustitia C H R I S T I. repetitque argumenta quibus id probauerat in literis prioribus. Non respondit post hæc amplius Bertius donec tandem mense Decembri rogatus à Sibrando cōsensum dedit ut tota disceptatio typis excuderetur.

Interea,

1609.

Interea, videlicet Anno 1609. Arminius cum varijs dudum luctatus morbis, tandem Octobris die 19. è vita migravit. Fuere ex eius aduersarijs qui adductis quibusdam S. Scripturæ testimonij, morbos eius inter pœnas quas Deus hostibus suis comminatur, referrent. His Petrus Bertius in funebri sua pro Arminio oratione conatur occurrere. Atque adeo quidem Arminium commendat, ut Gomarus laudis tantæ cumulum in hoste doctrinæ suæ non tolerans, paulo post orationem ipsam Bertij libello edito reuocauerit in dubium, multaque & contra Arminij integritatem & contra Bertij veracitatem obiecerit. Respondit tamen huic libello postmodum Bertius, *Alloquio quodam ad F. Gomarum edito.*

Cæperant præter Gomarum alij quidam in Arminium adhuc superstitem calamum stringere. Inter hos facile primus fuit Reginaldus Donteclock qui inter cætera opuscula contra Arminij sententiam edita, etiam dealogum instituerat inter unum latinæ, & alterum belgicæ tantum linguae peritos, super thesibus Gomari & Arminij iam antea belgicè editis, vbi Arminij sententiam quasi pro idiotis explicâs odiū ei conciliare conatur ex eo quod sit nouitiae

tia & toti Reformatarum Ecclesiarum collectioni contraria. Ideo hoc anno aliquis pro defensione Arminij *Christianam & seriam* edidit admonitionem pro pacis studio ad R. Donteclok, conatus ostendere Arminij sententiam orthodoxæ reformatorum doctrinæ non repugnare. Verum Aduersarij non ita facile infringi sibi passi sunt argumentum ab antiquitate & autoritate Ecclesiæ suæ delumptum. Nam eodem hoc Anno Adrianus Georgius Smoutius Minister Roterodamensis *Concordiam* edidit *quinquaginta & plurimum scriptorum contra Pelagianismum*, ut ipse loquitur, cuius Arminium insimulat. Dedicauit librum magistratui Roterodamensi 6 Septemb. anno apparitionis Domini nostri 1609. reapparitionis autem Euangelij nonagesimo quarto. Mirū quem ipse huius reapparitionis primū Euangelistam faciat, cùm Lutheri apostasia tā vetusta non sit, multo minus Caluini.

Anno 1610. Ioannes Vtenbogardus, con. 1610.
discipulus quondam Arminij, nunc quoq;
sententiæ eius præcipuus defensor, tractatum
edidit *de officio & autoritate Christiani
magistratus in Ecclesiasticis negotijs*. In hoc
libro supremam in terris circa Ecclesiastica
authoritatem politico magistratui attribuit, vocationemque ministrorum Ec-

D
eclesiæ

Eclesiae eidem competere strenue defendit.
Parati videbantur plurimi aduersus senten-
tiæ prædicantes hunc Vtenbogardij tra-
ctatum refutare; verum intervenit Ordinu
prohibitio, ne quisquam de illa materia a-
liquid euulgaret. Producta tamen est ali-
quanto post eiusdem authoris quædam
concio Hagæ-comitis ante annos aliquot
habita, atque alijs tunc per copiam com-
municata: ubi de ministrorum Ecclesiae
vocatione tractans, nequaquam eam ad
politicum pertinere magistratum defen-
dit, rationes contrarias, quibus fere hunc
suum tractatum stabiliuit, dissoluit ac re-
futat. Quare concinnatus est à quodam ex
hoc eius tractatu, & priori concione qui-
dam dialogus, oppositis sc. sibi contrarijs
argumentis, & responsionibus, ita ut Ioan-
nes vnam, Vtenbogardus alteram cōtrover-
sia partem proprijs suis verbis tueatur.
Titulus libello præfixus sic habet, Ita &
non Ioannis Vtenbogardi prædicantis Hagensis
de vocatione ministrorum Ecclesiae. Hic itaque
sicut in Arminij castra concessit, ita aduer-
sus partis, tam scriptis quam verbis saty-
ricam acrimoniam effugere nequaquam
valuit.

Pro eadem Magistratus autoritate
defendenda, edita quoque est hoc anno
Leyda

Leydē concio quēdam habita ante aliquot annos coram Rege Angliæ ab Episcopo Chicheſtria. In qua politico magistratui defenditur competere ius conuocandi & confirmandi concilia seu synodos Ecclesiasticas. Ex aduerlo Amsterdami prodijt *Declaratio duarum quæſtionum*, quarū prior est de differentia politicæ & Ecclesiasticæ administrationis; posterior de iure Magistratus in visibili Ecclesia; Extracta è libris quibusdam Francisci Junij quondam doctoris & professoris in Academia Leydenſi. Vbi nominatim contra Ioannis Utensbogardi *Tractatum* ostendit diuersum esse regimen Ecclesiasticum à politico, ac penes diuersos residere.

Hoc item anno Petrus Bertius librum de *Apoſtasia Sandorum typis diuulgauit*. In quo Iustos quamdiu in hac vita degunt, posse à iustitia sua & fide semel habita deficere, defendit prolixè. Misit Author vnū libri exemplar ad Isaacum Casaubonum in Angliam cui adeo hæc doctrina non displicuit vt etiam vehementer eam commendarit. Regem tamen, vbi ad eum delatus fuit, liber hic admodū offendit. Porro quantum ipſe Bertius & quibus rationibus de ſententiæ ſuæ veritate confidat,

D 2

in

in p̄fatione ad Lectorem satis manifeſtat; vbi inter cætera ſic loquitur : Adeo ut Deus, Scriptura, Ratio, Patrum consensus, Ecclesiārum confiſſiones, virorum grauissimorum authoritas, honestas atqne utilitas doctrinæ ſtent à nobis: qua quidem ſatis ampla puto eſſe veritatis documenta. Viderint, qui contra hac omnia ſolam opponunt pertinaciam ſuam. Et infra: Et poſt hæc omnia, non placebit nobis niſi dura, peruicax, indomita ac neſcia rationi cedere contumacia? &c. Eiusdem anni mense Iulio, eorum nomine qui Arminij ſententiā ſequabantur, Hollandiæ Ordinibus oblatus eſt libellus ſupplex, titulo *Remonſtratiæ à Ministris & pastorib. in cauſa doctrina grauatis*, in quo quid de Prædestinatione, Satisfactione Christi, efficacia diuinæ Gra- tiæ, libero Arbitrio & perſuerantia iuſto- rum in hac vita, ſentiant, breuiter expoſue- runt; & ſimul contra hostiles aduersariorū quorundam conatus, opem & ſubſidium implorarunt. Ad libelli huius oblationem per prouisionem ſupplicantibus indul- tum eſt, vt iij qui explicatas iſtas ſententias ſequentur, non tantum à censuris Ecclesiasticis eſſent imminunes, ſed etiam ne quis in examine quod Ministrorum ordinationem p̄cedit, in capite de diuina Prædestinatione cum ſuis appendici- bus

bus, supra quam articulis libello expressis continebatur, contra animi sui sententiam grauaretur. Quod simulatque innotuit (ait Bertius in collat. pag. decima tertia) factum est, ut pastores illi qui ex nouissima Synodi constitutione, verum Ecclesiasticarum curam in hac prouincia ad se singulariter pertinere arbitrabantur, veriti ne res illa abiret longius, nocti Remonstrantie examplem, comparuerint sub initium Decembris in pleno III. DD. Ordinum confessu, inque illo tum de alijs rebus, tum de quinque illis articulis libello superiore expressis questi, illos obscuritatum quarundam, aquiuocationum, ac denique opinionum à scripturis sacris receudentium insemularint, seque id quod dicebant, suo loco probaturos affirmarint. Placuit ergo ad hanc eorum accusationem audi partes. Ac ne quid in re tanti momenti temerè statueretur, decretum est ut seni utrimque pastores proximo conuentu ordinum comparerent, qui ipsis audientibus rem totam à capite orsi amicè & placide excuterent.

Anno itaque 1611. euocatis ipsorum 1611.
Ordinum literis utrumque senis prædicanti bus, initium actionis fuit undecima Martij ante meridiem. Hic illi qui de libello titulo ^{Bertius} Remon-

Remonstrantiae oblatio quæstifuerant, libellum suum opposuerunt; quem ex re Contra Remonstrantiam; ipsos, Contra Remonstrantes ad distinctionem protinus vocari placuit.

Hæc ergo occasio fuit exortorum utriusque partis nominum. Duravit autem hæc collatio usque ad finem mensis Novembris. Quid vero certis interea diebus verimque actum sis, ita Collationis huius in latinum sermonem versioni suæ breuiter præmittit Petrus Bertius:

XII. Martij responsum est ei (Contra Remonstrantiae pridiè oblatæ) viua voce à Remonstrantibus.

Eodem, exhibitum à Contra Remonstrantibus scriptum primum aduersus primum Articulum continens interrogaciones.

XV. Martij responsum ei fuit à Remonstrantibus gemino scripto.

Eodem, exhibita à Contra Remonstrantibus impugnatio prior Articuli primi qui est de prædestinatione.

XVII. Oblatum est à Remonst. responsum præius, ita exigentibus Contra Remonstrantibus.

Eodem, exhibita est à Remonstrantibus Adsertio Articuli primi, qui est de diuina prædestinatione.

XIX.

XI X. Duobus illis scriptis respondent **Contra-**
Remonstrantes.

XXII. Martij causas adducunt **Contra-**
Remonstrantes, cur detrectent respondere
ad quassiones à Remonstrantibus proposi-
tas.

XXIII. Vrgentur ijdem à Remonstranti-
bus, prolatis causis cur debeant responde-
re.

Eodem, **Contra-Remonstrantes** per libellum
supplicem petunt ab Illustr. Ordinibus ut
ne vrgeantur impensis de Reprobatio-
ne.

Eodem & XXIV. disputatum est viua voce
vltro citroque de Articulo primo, deque
scriptis ad eius oppugnationem & defen-
sionem exhibitis decima quinta, & decima
septima Martij.

XXV. Martij dimissus contentus ob instantes
festum paschatis.

V. Aprilis Exhibuere **Contra-Remonstran-**
tes impugnationem posteriorem Articuli
primi.

Eodem, exhibuere Remonstrantes vindica-
tionem suam ad Articulum primum.

Sub finem Aprilis intermissa est aliquan-
D 4 tisper

risper collatio, ob dissertationem qua
contra Remonstrantibus cum D. Verstio
intercessit.

XI. Maij, exhibuere Contra Remonstran-
tes impugnationem priorem Articuli se-
cundi de merito mortis C H R I-
S T I.

Eodem tradidero Remonstrantes Adserionem
Articuli secundi.

XII. & XIII. Institutum est colloquium vi-
ua voce de scriptis ad Articulum secundum
vtrimeq; exhibitu.

XIII. Maij oblata est à Contra-Remonstran-
tibus impugnatio prior Articulorum tertij
& quarti, de modo gratia vel vi irresisti-
bili.

Eodem, oblata per Remonstrantes Adseria
Articulorum tertij & quarti.

XIV. XV. & XVI. Maij institutum est
colloquium viuavoce de scriptis ad Arti-
culos tertium & quartum vtrimeque ex-
hibitū.

XVI. Maij oblata est à Contra-Remon-
strantibus impugnatio prior Articuli quin-
ti, De possibilitate defectionis Sanctoro-
rum.

Eodem

Edem, oblat a est à Remonstrantibus Adser-
tio eius Articuli.

XVIII. & XIX. Colloquium super eo Ara-
ticulo & scriptis virimq; exhibitus, institu-
tum.

XX. Mai editum primum decretum Illustr.
ordinum prouisionale.

Octobris XXIX. exhibita à Contra-Re-
monstrantibus Impugnatio posterior Arti-
culi secundi, de merito mortis Chri-
sti.

Edem, exhibita Vindicatio per Remonstran-
tes.

Exhibita item à Contra-Remonstrantibus im-
pugnatio posterior Articulorum tertij &
quarti, de modo gratia communican-
da.

Et à Remonstrantibus vindicatio Articuli tertij
& quarti.

Denique exhibita à Contra-Remonstrantibus
impugnatio posterior Articuli quinti, de pos-
sibilitate defectionis Sanctorum.

Et à Remonstrantibus Articuli quinti, & Ad-
sersionis sua vindicatio.

Nouembris XV. editum decretum prouи-
sionale secundum Ill. Ordinum, de tolerantia
mutua.

Nouembris XXIX. status controversiae exhibitus à Contra-Remonstrantibus.

Iudicium quoque eorundem de componendorum dissidiorum ratione.

Eodem, status controversiae oblatus à Remonstrantibus. Iudicium item Remonstrantium de componendorum dissidiorum ratione. Hzc Bertius.

Collatores seu actores in hoc negotio fuerunt, Remonstrantes quidem hi: Iohannes Vtenbogardus, Adrianus Borreus, Eduardus Poppius, Nicolaus Greuinchouius, Ioannes Arnoldus, Simon Episcopius.

Contra-Remonstrantes vero: Ruardus Acronius, Libertus Fraxinus, Petrus Plancius, Ioannes Bogardus, Ioannes Becius, Festus Hominius. Verum quid tandem? An hac collatione dissidium terminatum? An pars altera claram & quæ cuilibet patere possit pro se allegare potuit S. Scripturæ sententiam? Nihil minus. Quid ergo? Ordinum iussu status controversiae primum formatur in fine Et quidem de quinq; duntaxat iam disputatis articulis. Quamuis porro Remonstrantes protestati sint, se in nullis alijs doctrinæ articulis à communi reformatæ Ecclesiæ sententia discrepare; Nunquam tamen Contra Remonstrantes satis hoc ipsis confidere potuerunt. Demum

pro

pro Collationis coronide quanam ratione
concordia iniri optimè possit, serio inqui-
ritur; nec tamen in hoc punto consensus
partium reperitur. **Contra-Remonstran-**
tes enim quamprimum ad Nationalem
Synodum negotium esse deferendum,
iudicabant: Remonstrantes verò mutuam
tolerantiam exerceri donec animi virim-
que pacatores redditi ad concilium ab-
que præjudicio & perturbatione celebrā-
dum habiliores inuenirentur, suadebant,
De ipsis autem iam ita seriè disputatis cō-
troversijs quid Ordines ab vtraque parte
recepti iudices? De hoc iudicio ita Ley-
denses pag. 19. Ceterum Hollandia Ordines
quos ut de veritate ac falsitate articulorum
iudicium ferrent, eorundem deterrebant obscu-
ritas, satuo & his & illis suo de hisce iudicio,
ita statuerunt, ut memores pacis domus Dei
& edificationis piorum Pastores singuli ea pru-
dentia & animi moderatione totum hoc nego-
tium tractarent, ne Christianæ Charitatu &
publicæ concordia vincula porro per ipsos dissol-
uantur, neque cuiquam mystarum vel recens
sacris initiandis ex hisce contentionis thema-
ribus præjudicij quicquam aut molestiae cree-
tur.

Sed fortassis obscuritas hæc inde orta est
quod

quod portes clarissima verbi Diuini lucernæ relicta, traditionibus & humanis formulis duntaxat inhæserint. Nihil tale. Nam fuit postmodum qui loca sacræ Scripturæ ab utraque parte in hac collatione citata & explicata in duos indices collegit, citatis pæginis editionis belgicæ quibus ea in collatione pertractantur. Et à Contra-Remonstrantibus quidem allata testimonia sacrarum literarum enumerat sexcenta sexaginta & vnum: A Remonstrantibus verò mille & quadraginta. Si tot lucernis homines isti quinque articulorum veri talem videre non valeant, quid demum consilij? Aut quis credat iam nuper illos vidisse quod tota videre non poterat Christianitas: videlicet apud Catholicos subuersa esse Christianæ religionis fundamenta, Antichristianismum verò & meram idolatriam iam à multis facultis viguisse? Agnoscite miseri cæcitem vestram. Illis vos humiles præbete discipulos quos posuit Deus in Ecclesia sua pastores & Doctores. Ephes. 4.11.

Dum ita Remonstrantes & Contra-Remonstrantes frustra concordiam quaerunt; Ecce noue circumquaque oriuntur turbæ. Mortuo Arminio, successor quaeretur in professoratum Theologie. Is,

Is, agente Ioanne Vtenbogardo, alijsque Remonstrantibus fauentibus, anno superiori fuit à Curatoribus Vniuersitatis Leydensis requisitus Conradus quidam Vorstius natione Coloniensis, sententijs Theologicis non Catholicus sed privatissimus, annis iam quindecim professor Steinfurti in Westphalia. Impedire id conati Contraremonstrantes multa contra Vorstium in vulgus cæperunt spargere. Donec tandem hoc anno Ordines Ministris in Collatione Hagensi congregatis suam super Vorstij vocatione censuram iusserunt edicere. Sex itaque Contra Remonstrantes supra nominati 29. Aprilis censuram suam Ordinibus obtulerunt; videlicet constare sibi, Vorstium iam ante annos facile duodecim circa Arianam & Fausti Socini heresim à reformatâ Ecclesia dissensuisse. Circa alios quoque articulos Christianæ fidei fundamentum concernentes; Nimirum docuisse eum, quod Deus absque plenaria satisfactione peccata possit remittere.
2. Quod Christus non omnes quæ nobis debebantur, pœnas tulerit.
3. Impium non iustificari coram Deo tali fide qua credat, hoc est, certò confidat Christum pro se in particulari aeternam

mercede

mortem & omnes damnatorum pœnas perpe-
sum esse.

Sed quis Christianus hanc Calvinistarum
non horreat de Christo blasphemiam? Cer-
tè æterna animæ mors consistit in impla-
cibili separatione, per mutuum odium ab
eo, qui est vera vita animæ per mutuam
charitatem Qui ergo possibile est ut Chris-
tus, qui de se dixit *ego sum via, veritas, &*
vita, æternam mortem senserit? Ad ipse
suam odiisse Deitatem potuit, aut ab ea odio
haberi? Cum item mors æterna citra con-
trouersiam sit incomparabiliter grauior
quam mors corporis, quomodo verè di-
cere potuisset Christus jamjam animam in
manus patris etmissurus. *Consummatū est:* si
æterna mors quæ reprobos post hanc vitā
manet, tunc adhuc ipsi adeunda fuisset.
Vel si velint Christum adhuc in cruce vi-
tientem passum esse æternos gehennæ cru-
ciatus; Quomodo toties testari scriptura
posset, liberatos seu redēptos nos esse per
sanguinem agni seu Christi, si ipse æternam
mortem gustare debuit ut nos ab ea libe-
raret? Aut quid opus est huiusmodi horri-
dum paradoxon comminisci? Nunquid
Christi corporalis passio ob personæ di-
gnitatem fuit infiniti meriti? Certè tenent
hoc etiam Contra-Remonstrantes, vt pa-
tebit

tabit infra parte 2.ca.de *Satisfactione Christi*. Fuit ergo anima Christi statim post crucis mortem in manibus Patris , in quas eam moriens commendauerat , & in parido , id est in gloria æterna & voluptate perpetua, *inter mortuos libera*. psal. 87.5. cuius participationem etiam eodem die latroni secum crucifixo promiserat. Redeamus ad historiam.

4. Aiebant Vorstium docuisse , fundatum certitudinis salutis non consistere in meritis Christi per fidem apprehensionis, sed in nostris bonis operibus & pœnitentia. Quod de his & alijs quibusdam punctis iam dudum cum Theologis Heidelbergensibus negotium ei fuerit : Quod apud eos quoque, coactus à Comite Benthemensi, culpam heterodoxias agnouerit, emendationem etiam promiserit, non tamen præstiterit. Hoc autem postremum probabant literis anno superiori à facultate Theologica Academæ Heidelbergensis impetratis , in quibus breuis censura ferebatur super libro quodam quem Vorstius de Deo recens ediderat. Nimirū ex eo libro Vorstium Atheum potius quam Theologum probari posse , ut qui defenderet Deum essentia quantum, magnum , finitum , compositum ex essentia & accidentibus , mutabi-

mutabilem voluntate passuæ obedientia obnoxium esse & similia trecenta. Ex quibus inserebatur, Vorstium ad Academiam Leydensem vocare, nihil esse aliud quam dissidentium incendium oleo velle restringere. Subiungunt dein loca quædam ex hoc Vorstij tractatu de Deo, quibus non obscure fauere Samosatenianis aut Arianis alijsque Antitrinitarijs videtur. Quare pertinet Vorstij vocationem ab Ordinibus impediri. Verum Ordines Vorstium cum illis commiserunt, ut ad obiecta ipsis satisfaceret in plena sua congregatione presentibus & supra nominatis Remonstratibus & Vniuersitatis Curatoribus quod ita fecit ut & Remonstrantes testimoniu ipsi apud Ordines dederint nihil se audiuisse quod iure Vorstiu grauare posset. Cōtra Remonstrates autem asseuerabant satis factum sibi non esse; ideoque priori suæ petitioni se inhærere. Iudicarunt ordines in fauorem Vorstij. Iamque admissus & approbatus Steinfurtum ille pergebat res suas ad migrationem dispositurus, cum subito noua exorta difficultas turbas maiores excitat. Nam dum Vorstius ita studiose se coram Ordinibus purgat, Franekeræ in Frisia per quosdam Vorstij hactenus Steinfurti discipulos libellus quidam *de officio Christiani hominis*

hominis typis excudi curatur: deprehensi sunt in hoc libello varij Antitrinitariorum errores, libellus publicè combustus est, comprehensi item sunt aliqui editionis authores, qui examinati, sub pallio simplicitatis & ignorantiae hæreses suas dissimulabant. Inuentæ tamen sunt apud eos quatuor familiares epistolæ authoritate Ordinum Frisiæ cum admonitione ad omnes reformatas Ecclesias mox in lucem emissæ; in quibus certè epistolæ homines isti errores suos mirumque seducendi populi propositum non obscure nimis detegunt. De Vorstio honorificè loquuntur, simulque aliquos prædicantes de societate secum inita suspectos reddūt. Hinc fama roborari contra Vorstiū; impius, & blasphemus audire vndiq; cœpit; dictata eius quæ Steinfurti discipulis prælegerat, aliaq; cōmentaria examinata, variæ Arianorum explicatio-nes notatæ & in lucem editæ; monuerunt de his omnibus Frisiæ ordines senatum Hollâdiæ & Curatores Vniuersitatis Leydēsis mis- sis literis 24. Julij. Interim Ioannes Vtenbogardus hac amici sui tam patenti infamia ter-ritus perscribit ad eum, quem audierat ru-morem; suum etiam hoc modo nomen in periculum venire, vt qui pro recipiendo eo in Vniuersitatem multum laborasset, p̄petit trāscribi sibi rei veritatem, vt si iniqua sit calumnia, aduersarijs os obturari possit; si res ita se

E

habe-

habeat, ipse Vorstius de professione relin-
quenda cogitet. Curatores quoque Vniver-
sitatis Leydensis & ciuitatis consules delega-
tos quosdā ad ipsum transmiserunt, rumores
quos de ipso etiā Steinfurto acceperant eidē
scilicet significant: commerciū eū habere ac
societatē cū Socinianis, id est, nouis Arrianis
in Polonia à quibus ad Arianę Theologię
professionem vocatus respondisset, se ipsorum
partibns magis profuturum, si Steinfurti
in professione permaneret. Petunt itaque
ab eo fidei suæ in hoc negotio professioni
reddere ne dedignetur. Respondet Vorstius
tum ore, tum scripto, primò se quidem
ante annos aliquot semel atque iterum So-
cinianis in Polonia scripsisse, sed non alium
in finem, quam soleat etiam Iesuitis scribere,
vt sc. sententias eorum melius percipiat, li-
bros eorum sibi comparet, argumenta ad
verbum Dei examinet. Negat tamen vnu-
quam se eorum partibus studuisse; de libel-
lo in Frisia edito Deum testatur nihil se sci-
uisse, nec vel in minimo collaborasse: nun-
quam contra SS. Trinitatem quidquam vel
docuisse vel scripsisse. Interim rata se non ha-
bere, nec pro suis agnoscere extracta que-
dam memorialia ex diuersis, malis etiam do-
ctrinæ authoribus, compendij causa, apud
se seruata, quæ fortasse in aliorum manus in-
ciderint. Deinde veræ fidei de summa Tri-
nita-

nitate, & Christi Domini diuinitate professio-
nem edidit suoque nomine sub signauit.

Sequēti quoq; anno Martij 22. in pleno Or-
dinum consessu Hagæ orationem apologeti-
cam habuit, longam satis, qua eodem fere te-
nore purgare se ab omnibus aduersariorum
accusationibus natus est. Varios præterea in
hanc sententiam edidit tractatus apologeti-
cos ad magistratum Steinfurtensem, ad Re-
gem Angliæ, qui notatis & damnatis quibus-
dam in libro Vorstij, de Deo sententijs igni eū
tradiderat, multūq; apud Ordines institerat
ut Vorstium ē ditionibus suis exterminaret
ad Ordines Hollandiæ & Frisiæ; quibus in-
nocentiam suam Remonstrantibus potius,
quam Contra-Remonstrantibus probatā fe-
cit; tantumq; effecit, ut cum iam ante profes-
sioni Steinfurtensi se abdicasset, publico Ordin-
um Hollandiæ sumptu Goudæ usque nunc
sustentetur; ad professionē tamē non admis-
sus. Cæteris seuerior Vorstij censor fuit Si-
brādus Lubberti, qui hoc anno Declarationem
edidit Responsionū Vorstij, conatus ostendere
excusationes eius fictas & falsas esse. Circa fi-
nem libelli pag. 142. post recensita præcipua
qua ex Vorstij libro de Deo collegerat dog-
mata, ita concludit: *Hæc omnia sunt falsa & im-*
pia dogmata extra & contra Dei Verbum excogi-
tata. Hac omnes Ecclesie detestantur & execran-
tur. Cum eiusmodi sint tuae prophetiae ipse vides in-
ter quos prophetas censeri debeas. E 2 De

relin-
niuer-
delega-
mores
nt eidē
pere ac
rianis
ologiæ
ipsorū
nfuri
itaque
ssioni
oristi
idem
n So-
alium
ibere,
t, li-
ta ad
a vn-
libel-
e sci-
nun-
n vel
n ha-
qua-
n do-
apud
s in-
Trī-
nita-

De Socianis quod dicunt, quales nimirum
 sint Hæretici, & quas turbas dent in Polo-
 nia, intelligi aliqualiter potest ex quodam
 lib. anno 1612. Nissæ edito cum hoc titulo:
Noua monstranoui Arrianismi, seu absurdæ hæresi-
& nouis Arrianis in Poloniam importatae. 1. **Duo**
Deos Christianis colendos esse. 2. **Christū semi-Di-**
um & semi-Dominū tota vita sua fuisse. 3. **Christū**
esse filium Dei metaphoricum. 4. **Christum prope-**
catis nostris nō satisfecisse nec satisfacere potuisse.
 Refutata à P. Martino Smigletio Soc. Iesu S. T.
 D. Porro ad lectorem inter cætera sic autho-
 monet: Rancorium Polonia minoris oppidum in
 horum Arrianorum sedes est, horum monstrorum
 seminarium. Ex hoc barathro prodierunt Faustus Si-
 cinus, Ioannes Statorius, Valentinus Smalcianus,
 Hieronymus, Moscoronius caterique Arrianorum
 dogmatum architecti, nouis & prodigiis de Deo
 & sacramentis opinionibus infames. Horum igitur
 monstrosi errores ex innumeris ad 4. capit. an-
 uocati in hoc libro confutantur. præcipue ven-
 quos habet Socinus in refutatione VVieci & Bel-
 larmini, Statorius in respons. ad librum nostrum de
 Diuinitate Christi, Smalcianus in libr. de Diuinitate
 Iesu Christi, Moscoronius in varijs contra Petrum
 Scargan libris, &c. Liquet verò ex huius libri
 contextu hæreticos istos pro 4. sui dogmati-
 fundamento assumere id, quod testantur ubi
 que sacræ literæ, scilicet Deum gratis remi-
 fuisse nostra peccata, Christum tamen dicunt

Salv.

saluatorem nominari, quia doctrinâ suâ viam
salutis nobis demonstrauit eamque suâ mor-
te confirmauit.

Nos ad Remonstrantes & Contra-Re-
monstrantes reuertimur. Quos ne quis forte
suspicetur, dum ita inter se & corā Illustri-
bus DD. Ordinibus de rebus tanti mo-
menti disceptant, Aristocracia introducta,
Democratiam in istis prouinciis iam dudum
receptam abrogare voluisse; ecce hoc anno &
sequentibus diligentius solito ministri ple-
rique causas suas in curia populari cæperunt
agere; è suggestu inquam, pro concione con-
tentissimè declamare, partem aduersari-
am odiosissimè perstringere, suam verò quā
fieri posset maximè probabilem reddere. Li-
bros præterea & diuersos tractatus idiomate
belgico in eundem finem concinnare & ad
multorum capitum Belluæ, plebis, iudicium
diuulgare. Horum nos (quatenus ad manus
nostras peruererunt) catalogum & nonnun-
quam breuem materiæ summam singulis
annis quibus prodierunt, ob oculos tibi Le-
ctor, proponemus, vt tu tandem (si iudicio
non sis omni destitutus) iudices, num huic
causæ actorum diligentia vel potius Iudicis
competentia defuerit. Hoc igitur anno præ-
ter eos ex quibus iam narrata retulimus, pro-
diit.

Viaregia ad Cælum. siue, Doctrina de eterna

E 3

Dei

Dei electione, creatione & lapsu hominis, de efficaci vocatione electorum, de eorundem iustificatione, sanctificatione, deque vita eterna. Fecit & edidit hunc librū idiomate Anglico Thomas Tuke anno 1608. Nunc eundē vertit in Belgicū Henricus quidā Hexhā. Dordraci.

Distinguit autem hic author Iustificationem à Sanctificatione quod illa sit imputativa & per solam fidē apprehensa, hæc autē inhærens fructus illius, consistens in virtutū possessione & exercitio: adeoq; hæc sit in hac vita imperfecta illa autem perfectissima.

2. *Doctrina de prædestinatione.* Authore Daniël Tossano dum viueret Professore Theol. in Acad. Heidelb. nūc ē latino in Belgicū idiomā translata Amsterdami. 3. Nicolai Hemmingij Tractatus de vniuersali gratia ex latino in Belgicum translatus per B H. Hunc librū magni faciūt Remōstrantes, vt pote ex quo sententiæ suæ antiquitatē populo cōmēdere possūt. Fuit enim iste Hemmingius discipulus Philippi Melāthonis, Superintendētē in Dania fuisse Remonstrantes afferunt. Negāt id Cōtra-Remōstrantes. Fattetur tamen fuisse eū professorē Th. in Acad. Hasniēsi: sed propter doctrinā (sanā dicūt) a professione remotum, factum esse Canonicū Roschildensem. Intelligitur autem hic per gratiam vniuersalem, illa quæ à Deo offertur omnibus hominibus, ita vt nulli omnino desit. Quod videtur facere cōtra particularē **Contra-Remōstrantiū certorū hominū ele-**

ctionem, & aliorum absolutam reprobationē.
4. Fundamentalis instrūctio ex verbo Dei, de Prædestinatione per Reginaldum Donteclok iuxta copiam iam ante triennium Leydæ impressam.
5. Præstans Oratio docens quomodo gerere se homo
debeat circa veritatis inquisitionem, quādo in Ecclesia opinionum & doctrine diuersitas oritur. habita olim à Georgio Sohnio Professore Th. in vniuersitate Heidelbergōsi Præmittitur huic Orationi breuis historia dissidiij & schismatis, quod An. 1570. & deinceps per multos annos, inter Vbiquistas & cæteros Lutheri discipulos exortū, nō dissimilē ab hoc Hollādorū progressū habuisse author cōtēdit. Quasi dicat; sicut ibi vnitatis resarcendæ remediū nullū idoneū inuentū est, ita nec hic vt inueniatur vñquā fore: vt propterea singulis de aliquali inueniēdē veritatis modo hac oratione prospectū cupiat. Datautē hēc oratio huiusmodi remēdia, quę pleriq; heretici optimē se adhibuisse existimat cū tamē lōgissimē illa à se remoueant; talia sc. quę si superiori seculo omnes sibi comparassent, nullus prorsus fuisset inuentus qui Luthero, nullus qui Caluiuo aut cuiuis alteri Hæresiarcharum adhæsisset.

6. De causis peccatorum, & quod homo ad peccandum necessitatū nō ex Philippo Melanchone translatum Roterdami.

Anno 1612. in Febr. terminatū est dissidiū & per aliquod tēpus Roterdami inter Ministros flagraverat. Nimirū Cornel. Geselius Cōtra-Remon-

72 Historica Narratio

Vorstium partes tenens, tanquam non satis pacificè cum aduersariis Remonstrantibus se gessisset, nec cum Nicolao, Greuinchouio publicam inire disputationem voluisset, ideoq; à ministerio depositus adhuc priuatim conuenticula exercere & souere non desisteret, per sententiam Magistratus è ciuitate proscriptus; Cumque ipse exire vltrò renueret, à prætore & ministris eductus est.

Eodem anno acerrimus Vorstium inuasit aduersarius Georgius Eglisemius natione Scotus, medicus & philosophus, Hage-comitis tunc commorans, pietate quadam in Regem Angliæ commotus, ut eius sententiam, quam de exterminando Vorstio Ordinibus transcripserat, quamque Vorstius iniquam esse contendebat, in Ordinum iudicio æquissimam esse defenderet. Citauit Vorstium semel atque iterum oblata Ordinibus Crisi atque Hypocrisi Vorstiani responsi: in quibus eum Atheismi, Ethnici smi, Iudaismi, Turcismi, Hæreses, schismatis & ignorantiæ iudicialiter accusat, ipsum Vorstium missis ad eum epistolis, ad dicendam causam in certamen prouocat. In Hypocrisi cum Sinone Virgiliano eum comparat, qui dolo instructus & arte pelasga, sustulit exutus vincis ad sidera palmas, &c. Vorstij protestationibus, votis, lachrymis & iuramentis nullam esse adhibendam fidem: rationibus se probaturum à Vorstio, quantumuis contrarium

rium iurante, Deum censeri ac statui non infinitum, non simplicem, non immateriale, non immutabilem, non omniscium, non omnipotentem, non omnipresentem, non impassibilem, non aeternum, non unum sibi aequalem suiq; similem. Super his alijsque ita Ordines affatur: rigidissimum examen rursus expeto & expecto. Aut enim Vorstius à me alijq; penè omnibus atheismi accusatus plectendus est; aut accusatores tum pœnam temerè litigantium, tum c alumniorum multam passuri, aut perenni dedecore afficiendi, &c. Vorstius verò periculosum istud certamē declinavit. Respondit quidem aliquis pro eo sub nomine Emissarij Leydensis ad crisin Georgij, stylis ipsius acrimoniam redarguens & certamen pro Vorstio eidem rursum offerens, non tam in ordinum curia, sed in ipsa Leydensi Academia. Ad hæc autem respódet Georgius fugam Vorstij redarguens: se verò non (quod Emissarius obiecerat) ordines ad scholarum subsellia trahere, sed scholas à Vorstio depravatas ad legitimi Magistratus subsellia citare ac sistere. Edidit præterea Georgius decem in apologeticam Vorstij orationem hypocrites, in quarum ultima ostendit Vorstij religionem vel omnino nullam esse, vel epitomen omnium sectarum.

Miraris fortasse, Lector, inter eos qui sacratissima diuini verbi biblia pro infallibili fidei norma recipiunt & venerantur: quini-

E 5 mo

mo qui in iis explicandis Magistros se & Doctores profitentur, talia opinionum monstravet esse, vel quod sint ab aliis credi posse. Ego vero nihil miror.

Vis dicam (quam sentio) causam? Libertas hoc facit PROPHETANDI & REFORMANDI. Experientiam accipe aliam:

Elapsis aliquot annis turbæ non exiguae fuerunt Alcmariæ in Hollandia Boreali inter Adolphum Venatorem, & Cornelium Verhil eiusdem ciuitatis prædicantes. Doctrinæ sententijs multum erant diuisi, suos vterque habebat de populo asseclas; odia grassabatur Vatiniana, accusationes prodibant inhonestæ; ad quas sequebantur exauthorationes & appellations. Ego pugnas de moribus fileo: Hoc solum reformatis suggerens, vt suorum prædicantium ex hac Alcmariana historia (quam partim ipse Hilenius, partim Magistratus omnis, hoc est tam ciuilis quam Alcmarianæ ciuitatis, partim denique PETRVS HERMANNI à Persijn in lucem prodierunt) imperfectionem edocti parcus in Catholicorum sacerdotum ac religiosorum mores debacentur. Studebat Venator & Arminij & priuatas quasdam suas promouere Sententias, sed repugnabat ei acriter Cornelius Verhil cñ consistorio. Venatori fuit magistratus, cuius ope electo Cornelio, ipse loco suo adhuc

adhuc perseverans anno superiori declarati-
onem quamdam seu professionem ediderat,
ad hoc maximè intendens (vt ipse in epist.
quadam) ad amicum ait, qua ratione schisma-
ta in religione reconciliari possint. Contra
hoc Venatoris scriptum hoc anno. 14. Mar.
sex prædicantes Dorderaceni Ioānes Becius,
Iohannes Dibbezius, Balthasar Lydius, Dani-
el Demetrius, Ioannes Bocardus & Daniel de
la Vingne obtulerunt Hollandiæ Ordini-
bus refutationem quandam. quam Ordines
postridie Venatori transmittendam decre-
uerunt, vt si quid haberet, scripto responde-
ret, ac proximæ suæ congregationi offerret.
Scripsit Venator suam replicam, in qua Dor-
deracenos de 104. erroribus in refutatione e-
orum commissis redarguit. Disputatio est in
multis ad catholicę veritatis confirmationē
utilessima, dum reformatores isti ijs se armis
mutuò conficiunt, quibus à Catholicis impe-
titi ledi se posse dissimulat. Libet itaque præ-
cipua hunc in finem utilia argumenta hic
notare ex lib. Belgico, hoc anno in lucē edito
sub hoc titulo: *Singularis tractatus de precipuis
doctrine articulis hoc tempore controversis, &c.*

Primum itaque Dorderaceni præ-
fantur, statutum sibi esse demonstrare, quan-
tum Venator à communi reformatæ Ec-
clesiæ doctrina in Catechismo & con-
fessione comprehensa recedat. Non enim opera
pretium

Do-
nstra
Ego
ertas
AN-
igur
nter
Ver-
rinæ
que
ātur
one
tio-
mo-
ge-
hac
ipse
hoc
itis,
NNI
per-
ico-
de-
ij &
nti-
ver-
tra-
suo
huc

pretium arbitramur (aiūt) omnes peregrinas Adolphi
opiniones prolixius refutare: sed sufficere putamus,
si ostendatur discrepantia, quæ inter opiniones ipsius
& reformatæ Ecclesiæ doctrinam inueniatur: Inde
primò Venatorem arguunt, quod sibi non
ducat religioni à confessione Belgica & Cate-
chismo nonnihil deflectere, modo constater
teneatur scriptura, & Apostolorum symbo-
lum, nisi forte talis confessio cudatur, quæ so-
lis constet S. Scripture tam verbis quam sen-
tentijs; adeoque non sit multum hostiliter
procedendum cōtra eos, qui licet in quibusdā
à formulis istis per homines collectis, dissen-
tiant, tamen sacram scripturam inuiolabiliter
seruat, nullasq; formulas huiusmodi recipie-
das arbitrantur nisi sub hac conditione: quate-
nus cum scriptura conueniunt. Subiiciunt dein-

Pag. 2.
& 3. de Dordracenses, hoc modo: Hinc apparet,
manifestè hanc esse Adolphi sententiam, vt
nulli se doctrina formula, sed soli sacra scripture
astrictum credat, vt propterea non solum confessio-
nem Belgicam & Catechismum, sed & reliquas
omnes unitatis doctrina formulas ab Ecclesia Dei
cogit et exterminare, vt ita facilius peregrinas su-
as opiniones absque Ecclesiastica censura metu po-
sit introducere. Et paulò post: Quid hoc est ali-
ud nisi omnium reformatarum Ecclesiarum mo-
rem condemnare; quarum singula suas ediderunt
confessiones, vt tali veritatib; professione ab omni-
bus sectis, falsisque opinionibus se sequestrarent. Et

quo-

quoniam modo Ecclesiastica doctrina puritatem
conseruare possent, si tollantur e medio earum con- Nota.
fessiones, quibus se ab ijs separarunt, qui Verbum Dei
& Symbolum Apostolorum perperam interpretā-
tur? Quid inde nisi mixta crambē omnium religio-
num, ita ut (Libertinorum in Ecclesiam schema-
te introducto) cui libet pro libidine sua circa reli-
gionis negotium tam loquendi, quam agendi po-
testas permittatur? Nulla enim in Christianismo
tam est secta horribilis qua scripturam sibi in sub-
sidium non alleget. Quoniam ipsis etiam Libertini,
tametsi funditus scripturam abijcant, scriptura
tamen pro se testimonia non verentur allegare. Vnde
datur intelligi, quandoquidem apud sectas omni-
genas scripturam explicatur diuersimodè, vni-
tatem in Ecclesia Dei non posse retineri absque hu-
iuscemodi regulis ac formulis, in quibus Ecclesiae
Doctores proprius suam declararent, de recto Scriptu- Pag. 4.
ra sensu ac intelligentia sententiam. Dein paulò
inferius sic: Notum enim est Ecclesiam nonnun-
quam coactam esse, necessariò ut i quibusdam voca-
bulis in scriptura totidem literis ac syllabis non v-
surpat, ut eo clarius sententiam suam de quibus-
dam fidei articulis contra hereticorum quorundam
errores exprimeret, ut olim in primitiva Ecclesia
verbū modo. id est, eiusdem essentiae, usurpa-
tum est, ut ita sententiam suam de aeterna diuini-
tate Domini nostri Iesu Christi contra Arianos de-
clararet. Atque hac est causa, ob quam semper ha-
retici

retici & veritatis hostes huiusmodi verba & phrases studuerunt reiçere, quibus Ecclesia uti debuerunt, ut opinionem suam de istiusmodi capitalibus fidei articulis clarius exprimerent, atque ita declararent, quoniam modo Scriptura verba de huiusmodi articulis intelligerent. Cum enim per astutias diaboli verba scriptura circa quosdam doctrina articulos ita torqueantur ac sinistre explacentur; ut etiam haretici eadem recipientes, alium nihilominus sub ijs sensum teneant, quam verus scriptura intellectus exigat: Hinc est, quod huiusmodi contradictores ad scripturam communiter prouocent, non quod eam tanto honore & reverentia dignentur (si enim auderent, facile etiam eam deprauarent), sed quod Scriptura verba in alium sensum pro se torquere nouerint suamq; opinionem verbis & phrasibus dubijs inuoluere studeant, aliter scripturam intelligentes, quam orthodoxi Ecclesiae doctores soleant. Porro quod attinet ad conditionem de formulis recipiendis, quatenus cum Dei verbo conueniunt qualissimam hac esset formularum approbatio? Hoc enim modo qualibet facile secta huiusmodi scripta subsignarent, seruantes interim propriā suā de verbo diuino intelligentiā, iuxta quā scripta etiā ista intelligenda esse cōtenderent. Et qualis rūc in Ecclesia esset unitas? Quæstio nobis est non de verbis, sed de recto sensu scripturæ, in quo doctores (ut unitatem in Ecclesia Dei seruent) oportet omnino conueniant. Ad hoc seruunt confessiones & unitatis formula. Iis itaque sub tali cōditione subscribere, perinde esset, ac

si subscriptum ijs non esset: semper enim effugium superesset pro alio scriptura sensu comminiscendo, quam dictæ formula præse ferant.

Ad hæc Vénator pagina 88. cum dixisset, se cum ceteris reformatis præter vtriusque testamenti scripturam, nullam aliam agnoscere fidei regulam, contra Dorderacenses ita insurgit: *Et, quod maximè miror, non verentur hic (Dorderacenses) ijs pedes inserere calceis quos prædecessores nostri nosq; ipsi, cum reformationis fundamentum ponendum esset, Papatui detraxi-
mus. Volunt non esse necessarium, doctrinam meam ex scriptura refutari aut vbinam eidem aduerser-
tur, ostendere sed Confessione sola & Catechismo.
Quaratione quæso? quia semel (aiunt) illa ex scri-
ptura confirmata fuere. Euge fratres! Domini mei;
quidnam hoc est aliud, quam quod olim Sacerdotes
& Monachi asserabant, non esse necessarium ex
scriptura conuincere hæreticos, aut cum illis istius-
modi disputationes suscipere, sat is vero eos esse con-
uictos, dummodo constaret sententias eorum de-
cretis ac decretalibus, conciliorum definitionibus,
Catbolica (vt vocabant) Ecclesiae aduersari. Prô
dolor, tam paucos, intra annos purum veritat is pa-
nem huiuscmodi fermento veteri commisceri! Et
id genus multa, voce querula, contra istud
Dordoracensium argumentum, conglomerat, contendens inde sequi neglectum Sacræ
Scripturæ, ita vt humanæ isthæc formulæ
pluris paulatim æstimandæ sint ipsis et-
iam*

iam Sacris literis, vtpote cum non ex his,
sed ex illis & agnosci fratres, & condemna-
ri hæretici debeant. Plura in hanc sententi-
tiam insta pag. 40. & 41. ingeminat. Interim
pag. 29. & 30. ego (ait) contra rotundè profiteor,
ex liquido fonte Prophetarum & Apostolorum o-
nem doctrinam, & hauriendam & proponendā
& tanquam ad lydium lapidem examinandam
esse. Si hinc discedatur, nihil manet in tota reli-
gione certum; nisi huic fundamento insistamus,
nullum est vrgens argumentum quare non tam
Papistis, Mennonistis & Lutheranis, quam nobū
reformatis sit credendum. Fatebor liberè: cum
ad Ecclesia ministerium me applicarem, non in-
tellexi aliud quippiam à me docendum esse, vlliue
alteri regula me obligatum fore, præterquam
Scripturæ soli, &c. Dein. pag. 32. sic subdit:
Scripturas aiunt etiam hæretices pro se allegare
multisq; modis explicari posse. Existimant itaque
in ualidum esse, & incertum fundamentum, cum
ex sola Scriptura absque formularum humana-
rum subsidio disputatio initar. Lego in ipsis idē-
met, quod magnus illa Jesuita Bellarminus aliq;
omnes Romanæ sedis propugnatores tanta cū ve-
bementia in libris suis vrgent, è suggestibus quo-
tidie proclaimant, & vbiq; plebi persuadent. Et si
hoc pergamus pede, intrat tempus non longum de-
nuo in Papatus medio submersi racebimus. Simi-
liter infra pag. 82. Ita viri fratres! recta versus
PAPA-

Papatū. Estne hoc aliud quā dicere olim Hispani-
ci solebant inquisitores? non est opera pretiū hære-
ticos ex Scripturis conuincere, non est yllo modo;
satis est ostēdere illos desciuisse à Decretis & De-
cretalib. à statutis concilij Tridentini, à doctrina
Ecclesie. Si semper Ecclesia doctrina ex Scriptura
defendi deberet, nullum esset otium Ecclesia erra-
re non potest. Hac tot in Concilij est stabilita, tot
impressis libris defensa, tot à doctorib. propugna-
ta; semel sufficier contra omnes hæreticos ex
Scripturis est firmata: hæreticorum dicta ad eam
solummodo conferantur; si cum Ecclesia fide
non consentiant, disputatione viteriori non est
opus, superuacua est viterior probatio. O Iesui-
tarum astutias! O deplorandū Ecclesie statum!
ita nūc tam cito in reformatā Ecclesia disputari,
sicut pessimū, ut a fortassis facere vix auderent!
Ipse Iesuita Bellarm. isto modo contra hæreticos
non procedit. Refutat eorum argumenta ex Scri-
pturā textibus, & rationibus, ex Patribus, ex Cō-
cilijs. Non ita latè exspatiatur sicut Dordoracen-
ses ministri. Heu flebilis misera nostra patria sta-
tus! quoniam tandem adhuc nos recipiemus? O
Dordoracenses fratres! mene audetis falsū appelle-
lare Doctorem meam professionem grauiter erro-
neam; meam sententiam, opinionem falsam; nec
vultis hac ita se habere, ex Scriptura conuince-
re? sed satis est, iuxta vestram sententiam, ex
Confessione & Cathechismo me conuinci? Ergo
ne haec duo erunt controueristarum iudices? hac-

cine lapis Lydius, ad quem omnis doctrina probanda? Et paulò post. Ergone in posterum abi- cienda erunt Biblia, noctibus ac diebus Confe- sioni & Catechismo studendum? Ergone nunc rubigini tradendus erit ancesps Sancti Spiritus gladius, quod est verbum Dei, pugnan- dumque chartaceis cultris humanarum tra- ditionum? Heu miseria! Et quoniam igitur, qui do- minantur in Clero, quales sunt qui sese Ec- clesiam nominant, cum se existimant Ecclesiam repreſentare, Prædicantes dico & seniores ex- iguo tammodum numero ad Synodum conuenien- tes; quoniam, inquam, isti sibi arrogant au- thoritatem leges & fidei Confessiones cūdendi statuendi, probandi ac authorizandi; nunquid eō tandem res deueniet, ut fidei nostra firma- mentum eiusdemque mutabilitas proſus & omni- no ab hominum cerebris dependeat? sic Ergo Ecclesia uniuersalis & verè sic dicta, quæ to- myriadibus constat, cateri nimirum omni- Prædicantes & membra pro veritate cogentius recipere, quicquid approbauerit Ecclesia re- preſentativa, quæ ex paucis Prædicantibus & senioribus, nimirum circiter viginti qua- tuor in synodo siue particulari, siue nationali congregatis, conflata est. Quare ergo illud re- iecimus, quod tot centeni Episcopi & Pastores, quot in Tridentino Concilio congregati erant,

vna

vna cum tot Doctoribus & Cardinalibus, in con-
gregatione quinquages solenniori & grauiori,
quam noſtra ſint Synodi, poſt tam longas diſputa-
tiones & collationes, immo non vna, ſed multis
annis rem ipsam perpendentes, decreuerunt?
Itane tam cito preſcriptionem allegare, ac tem-
poris iuuat teſtimonium adducere? Ideone ne-
ceſſarium non eſt proprios fratres (ut de hereti-
cis fileam) ſic ubt errauerint ex Scriptura instru-
ere, & deductis ex ea teſtimonijs conuincere; ſed
ſatis erit, ut hoc ex Confessione & Catechismo,
que iam 40. circiter annos pro veris approbata
fuere, preſtetur? Hocine rem totam expedi-
et, nec opus erit doct inam iſtam auctoritate
Scripturæ ſolidare? Ergo iam doctrina Pa-
paliſ probatione ex Scriptura omnino non
indiget, quippe que tot centenis iam annis
perfeuerat, totque in generalibus Concilijs con-
firmationem obtinuit. Verum enim verd, ſi ita
aduersus Lutherum, ita aduersus Zwingli-
um, ita aduersus Caluinum, ita aduersus primos
reformatoris fundatores fuifſet diſputatum,
quid eos opinamur fuiffe dicturos? Si ita, ſimil-
atque Confessio noſtra & Catechismus ante 46.
annoſ recenter e penna funderentur, contra
eadem fuifſet diſputatum: Agite, boſce li-
bellos conferamus cum doctrina in Concilio Tri-
dentino, in Decretis etiam priorum Con-

ciliorum, in libris denique Scholasticorum Theologorum comprehensa; ut appareat, quantum ab ea discrepant; non enim est opera pretium, ut Concilia nostra atque Ecclesiae doctrinam ex Scriptura contra nouas hasce professiones defendamus, quippe quae iam tot centenis annis in tam diuersorum auctorum libris contra Lutherum, contra Berengarium, contra Ioannem Hus aliosq; hereticos defensa sunt. Immo cum ipsi existimemus (Italo loquuntur Dorderacenses fratres) hac nostra scripta ita in Dei verbo esse fundata diuersisq; tractatibus ante hac confirmata, ut nec Lutherus, nec Calvinus, nec Beza, nec quisquam aliis Confessionum, seu Cathechismorum fabricator vllusue doctrina huius aduersarius eadem de vlla falsitate possint conuincere. Iterum dico, si hoc modo cum nostris prædecessoribus aetatum fuisset, numquid in cœlum usque in contrarium fuissimus vociferati? numquid ad solam scripturam pronocassemus? numquid aliud nos habere controuersiarum in religione iudicem præter sola Biblia negassemus? &c. Ad hoc verò quod Dorderacenses dixerant, scripturā diuersis modis explicari, pag. 32. & sequentibus, ipsas etiam formulas non pauiores, immo verò plures sensuum explicationumque diuersitates admittere pluribus contendit, probatque tum ex facto Ioannis Piscatoris, qui per Heidelberg-

bergensem Catechismum sese defende-
rat in opinione quadam, quam reforma-
tæ Gallicanæ Ecclesiæ erronea & anathe-
mate dignam censuerant tum et iam ex
præsenti hoc discrimine, in quo ipse suā
etiam doctrinam ab eisdem formulis proce-
intellectis nō discordare sustinet. Infra ve-
ro pag. 42. Et quid (inquit) si quis Confes-
sionem & Catechismum perperam, ut mihi
aliisque imputatur, explicaret, quid hic con-
silij? Tum commentariis glossarumque thesa-
ris erit opus, prout horum etiam ingens qua-
dam portio partim ex Germania, partim Dord-
eraco, Schidamo, ex Zelandia aliisque lo-
cis prodierunt, inter quæ vñus Leyda prodidit cō-
mentarius, qui omnium miscellanea continet,
ita ut hæ explicationes Postillarum fere multitu-
dinem adēquent. Sed quid porro consilij, si quis
commentaria etiam isthac sinistrè exposuerit: in
promptu enim mihi est diuersas eorum expositio-
nes tum pro me, tum contra Dorderacenses alle-
gare? tunc commentariorum prodibunt com-
mentaria, dabiturque progressus in infinitum,
sectas & schismata multiplicans. Immo verò
tantum abest ut hos libellos vnitatis formu-
las censeri posse credam, ut rotundè afferere non
dubitem; quin etiam tum ratione tum experien-
tia ex veteribus recentibusque historiis Ec-
clesiasticis demonstraturum me recipio, sectas &

schismata nulla aliaratione, quam Formulis, Confessionibus, Catechismis, alijsque scriptis adscitiis (excreuisse) possumque bonis rationib. ostendere, non esse ullum ad diminuendas sectas scissasque Christianitatem vniendam remedium, priusquam depositis Formulis omnibus, omnes & singuli libri Apostolicis acquiescamus. Si quoties Scripturarum aliquis textus male explicatur, toties Confessiones & Catechismi cedendi sint, abunde apud nos verificabitur quod regum totius orbis terrarum sapientissimus Ecclesiastæ 12. exclamat: scribendorū libroqum nullus est finis. Dein. p. 45 si verum est (inquit) quod ipsimet hoc tempore quibusdam, ac rni præsertim viro doctissimo attribuunt; quantumcunque se in his aut istis punctis cum Ecclesia consentire declarent formulisque loquendi similibus utantur, habere tamen eos sensum hereticum; Quid ergo ad hoc malum euitandum profundit Formula? vel num forte Scriptura plurib. ambiguitatibus & amphibologijs imponere nobis cupiet, quam alijs libelli isti? Non ita sodes. Frustra spiritui sancto nos magistros offerimus.

Atq; ita deinceps rhetorice cōtra illos procedens eadem speciosè producit argumenta, quæ contra nos allegare omnes solent Secularijs: quæ quidem nobis parum officiunt & soluta iam dudum sunt à multis; contra Reformatores vero, quam diu reformationis suæ fundamentum tenere volunt, quis non videat

videat esse validissima? Etenim probat in sequentibus autoritate etiam ipsiusmet Confessionis Belgicæ aliarumque reformatarum Ecclesiarum, non posse Dorderacenses aliam præter scripturam recipere fidei normam, nisi sub hac conditione: *qua tenus cum scriptura consentiat*; alioqui illos non Reformatos, sed Romanos futuros esse, quod ipsum non semel etiam eisdem improperebat.

Deinceps pagina. 4. & 5. Dorderacenses arguunt Venatorem, quod sub prætextu charitatis Dei & proximi disputationes de credendis nihil faciat, adeoque Libertinorum inuehat sectam, omnibusque Christum pro capite recipientibus Ecclesiam aperiat. Citant hæc eius verba: *qui Deum ac CHRISTVM confitetur, licet recipere nolit quæ in hac aut illa synodo determinata sunt pro certis quibusdam phrasibus aut verbis, in qualicumque etiam doctrina parte usurpandis, dicatque ipsa mihi à Christo usurpata locutio sufficit; quis istiusmodi hominem pro membro, talemque congregationem pro Ecclesia non recipiat?* Contra hæc ita Dorderacenses: *Iuxta hanc ADOLPHI opinionem, pro Ecclesia membris recipiendi erunt Samosateni, Arriani, Anabaptista, quinimo ipsi etiam PAPISTAE.* Ergo in doctrina

F 4 de ve-

de vera Iesu Christi Deitate existimat Adolphus
neminem esse cogendum, ut verbum ^{διορθωτικόν}
id est, unius essentiae, in primitiva Ecclesia è scrip-
turis contra Arrianos definitum recipiat. Pul-
chrum sane inuentum, ad omnes veteres in an-
tiquis concilijs semel ex verbo Dei condemna-
tas heres denuo ex inferni abyso depromen-
das; atque num legitimo iure condemnata
fuerint, in dubium reuocandas.

Contra hæc multa iterum Venator, non
minus subtilem contra illos inferens, quam
ab ipsis contra se illatas consequentias ab-
nuens. tandem pagina 52. per Catholicam
seu vñinersalem Ecclesiam ait se illam in-
telligere congregationem, quæ per doctri-
næ Christi confessionem ab alijs cœtibus
eandem respuentibus, distinguitur; ita ta-
men, vt in hac Ecclesia Catholica multi
sint mali, & reprobi veluti morbida & in-
fecta membra. Probat deinde authorita-
te Philippi cuiusdam Mornæi, Francisci
Juneij, Casmanni & Amandi Polani, quin
etiam ipsius Caluini lib. 4. instit. cap. 2.
Parag. 11. & 12. & Confessionis Belgi-
cæ articulo primo non hæreticos solum
omnes, sed ipsos etiam Papistas, licet pes-
simè infectos, & adulteros, ad Eccl-
esiæ Dei pertinere. Atque ipse Venator
hoc modo interim ratiocinatur, pag. 54.

Alio-

Alioquin enim quonam modo & à quo baptismum
nostrum accepimus? vnde personalem missionem? A
qua Ecclesia primi reformationis doctores Luthe-
rus & alij incorporati faere? &c. Dein pag. 59. cū
extenuasset valde Niceni concilij authorita-
tem, contendit malè esse factum quod conci-
lium ita propter vnius iota discrimen turba-
uerit totā Ecclesiam: additque: *Adeone mirum*
est si in dubium reuocem vocis huius ò moðe: ne-
cessitatēm? numquid integra concilia contrarium
definierunt? Numquid aliquot Episcoporum cen-
turia non esse necessariam iudicarunt? Legantur
historiae Ecclesiastice. sed scio, quid hic sint respon-
suri. Ariana erat concilia. Dico: erant huiusmodi,
quæ iussu ductuq; imperatoris celebrata, ab eodēq;
approbata fuere: imo coacta ex episcopis & do-
ctoribus, qui vbiq; publicas possidebāt Ecclesias &c.
Et paulò post: nec improbare volo sententiam
Constantini, potuisse scilicet Alexandrum & Arri-
um in multa pace (relicta videlicet cuilibet sua
opinione vel nō mota hac controuersia) perseuera-
re: Esse solummodo superuacaneas subtilitates, &c.
In summa multis contendit, non posse per
vlos homines clariora seu verba, seu phrases
excogitari, quam in scripturis habeantur.
Contrarium autem huic suæ opinioni (pag.
67.) dicit esse idem quod infidelitatis reos
agere Apostolos, & cum Papistis præter scri-
pturam etiam Ecclesiæ traditiones Cōcilio-

orumque decreta esse necessaria, asserere. Etenim (inquit) vel decreta conciliorum sunt necessaria & Apostolorum libri insufficientes, vel contra. Si necessaria & Apostolici libri deficiant. Ergo cessimus Papatui. Si non; ergo nec ex cogitata eorum verba: quae enim ex toto ad salutem non sunt necessaria, ea nec ex parte: si ex toto carere iis possumus, quid ni & in particularibus hisce verbis? Si Apostoli clare expresserint, quis dicet clarius? Si quis ergo ex me requirat: Quid credis de his aut de illis fidei articulis in hominum Confessionibus aut Catechismis insertis? Inuestigabo num de iis aliquid in scriptura sit reuelatum nec ne: Si non: aestimabo non esse necessarios, dicamque nihil me certi super hac uenire. Si sic: talia respondebo, qualia in scriptura inuenero, talibusq; verbis; recipiam quoque quidquid mihi ex scriptura de eisdem proferri potest. Si quis dicat, quomodo scripturæ verba intelligi. Respondebo: sicut ibi scripta sunt. Si quis velit, ut aliter dicam, replicabo denuo: quoniam peius dicere nolo; & contra, Apostolis aut Saluatore ipso, melius dicere non possum; ego in hoc qui esco. Si queratur: sed quanam tu de his est sententia? Respondebo, ea quam verba præse ferunt. Quidnam præse ferunt verba? quod Apostoli in voluere dicere. Ac sic ego finem impono, & quilibet suo abundare sensu permitto; eo solum cuncte quis se magistrum faciat vel scriptura vel conscientiam.

scientia proximi, eam siue suis siue alterius hominis verbis astringendo.

Dorderacenses pag. 6. pergunt hoc modo: *Est item notabile admodum, quod Adolphus Venator mox post prefata verba subiungit, si ab initio in Christianismo ita processum esset, non tot imo nullas sectas & hereses fuisse orituras.* Hic prudentiorem se putat Venator ipsis Apostolis, qui in principio (ut Venator ait) non ita processerunt, ut omnes sectas euitauerint, quin immo prudentior videri vult ipso spiritu Sancto, qui per Paulum primae Corinthiorum undecimo testatur, oportere nonnunquam hereses esse, ut qui probati sunt, manifesti siant. *Contra* putat Venator, ita potuisse ab initio procedi, ut nulla hereses aut sectae fuissent oriture. Demum pagina 8. inde hoc modo concludunt: *Ex his omnibus facile est aduertere, quodnam Adolphi Venatoris in professione sua sit propositum: nimirum ut è medio tollat discriminem omne, quod inter veram Christianam religionem, aliasque peregrinas falsasque opiniones ac dogmata, que inde ab Apostolorum temporibus usque in hodiernum diem in orbe Christiano, exorta fueré, inuenitur; ut fundamentum doctrina Christianæ in tam paucis tamque generalibus articulis comprehendat, ut sectæ omnes sub una Christiana Ecclesia computari ac tolerari possint.*

Respon-

Respondet his Venator pagina sexagesima nona hoc modo : *Quanam hac conclusio qui hoc ex verbis meis consequitur?* Iterum quare si quis in omnibus tam verbis quam phrasibus numquam à Scriptura discessisset ; an istiusmodi hominem hæresios arguere quisquam potuisse? Certè nemo præter Deum , quid homo iste in corde suo de verbis scripturæ sentiret, dijudicare posset. Et paulò post: sic processerunt Apostoli : ipsi enim res fidei verbis suis expresserunt, quibus velim nos acquiescere. Locum sancti Pauli primi Corinthiorum vndecimo sibi obiectum Venator explicat ; & quidem non solum ex alio scripturæ loco , sed etiam ex Henrico Bullingero & alijs, verbum istud, oportet, non significare ita fatalem necessitatem, ut contra hæreses remedia quærere non liceat: Infert itaque sibi etiam licere quod optimum est remedium proponere; atque hoc ait non pugnare cum SPIRITU Sancto, eiue contradicere. Tandem suam de subtilitatibus Theologicis , & ad sacram Scripturam additionibus evitandis sententiam pag. 72. hoc adagio confirmat.

*A Medicorum Recipe,
A Iuris consultorum Excipe,
A Theologorum Distinge,
Liber a Nos Domine.*

Simili-

Similiter pagina octaua arguit Venatorem Dorderacenses, quod cum dicat se nullas habere ambiguates aut dubia circa puram veræ Ecclesiæ doctrinam; simul tamen fateatur multas se easque non exigui momenti habere considerationes circa Confessionem Belgicam & Catechismum; adeoque doctrinam his contentam existimet non esse puram veræ Ecclesiæ doctrinam; nec Ecclesiam, quæ istam doctrinam profitetur, veram esse Ecclesiam: malè ergo eum se reformatæ Ecclesiæ ministrum profiteri, atque eo titulo ab ea stipendum accipere, pagina vigesima, & vigesima secunda. Venator pagina octogesima concessit atque iterum probato utroque antecedentis dicto, prima quoque illata inde à Dorderacensibus consequentia; negat tamen consequentias posteriores, quoniam Ecclesia formulas illas non pro puræ doctrinæ norma, ut sacras literas; sed pro humanis ijsque fallilibus opinionib. nuper acceptarit, semperque habere debeat.

Hinc tandem Dorderacenses particulatim Venatoris, quibus à Confessione, & Catechismo dissentiat opiniones ad 8. capita redactas recensent: Quibus Venator ordine respondens, partim imputatas sibi sententias abnuit, tanquam calumnias; partim admittit; ut veras. Inter has fatetur credere se aut è scri-

è scripturis conuinci, non posse, dari r
liquod peccatum, quod omnes homines
ex Adamo contrahant; adeo ut ob id
peccatum æternæ damnationi sint obno-
xij. Arbitrium liberum defendit. Gen-
tiles sine explicita, & historica in per-
sonam Christi fide, imo *quibus ne ver-*
bum quidem vnum (de Christo) *fit resuel-*
tum, saluari posse (*pagina centesima in-*
gesimaquinta) dummodo piam vitam du-
cant; id est, si opera fecerint conformia
legi naturæ cordibus suis inscriptæ,
per manus inde à Noe & Adam accep-
(*pagina centesima vigesima nona.*) Con-
cedit tamen nos non saluari nisi per me-
ritum Christi (*pagina centesima trigesim-*
sexta). Interim multis agit & quidem, su-
more, ad modum pathetice, contra sententi-
am dicentium, omnia Gentilium opera quæ
tumuis apparent bona, esse tamen pecca-
ta & æterna damnatione pianda. Vires
cuilibet hominum datas esse sufficietes
quibus vel mediatè, vel immediate ad
salutis viam se possit conferre: firmiter
se tenere ait, nisi quis culpam perditionis
nostræ in Deum velit deriuare, necessarium
omnino esse, ut sufficientem gratiam ad-
mittat, qua hominum quilibet per totum
terrarum orbem tantum habuerit virium,
ut *eo* bene vtendo, maioremque simul gra-
tiam

tiam à Deo flagitando & acceptum talentum fideliter expendendo, damnationem evadere, æternamque salutem consequi potuerit. *Nec verò intelligo(subdit) cur Dorderacensis fratribus absonum videatur , quod dixi,* Deum nulli importabilia imponere onera , si illum iustum esse agnoscant ; Interim non videtur Venator hæc Dei dona supra naturales hominum vires eleuare , dum addit se nescire , *cur Pelagius sit hæreseos condemnatus,* si omnia nostra , siue naturalia sint, siue supernaturalia, à Deo nobis esse donata concesserit, ita ut ex nobis nihil prorsus valeamus.

Nam certè concessit hoc Pelagius ; Nec negari à quoquam potest qui se non à semetipso, sed à Deo factum & creatum esse considerit. Quid ergo Pelagius hoc confitendo, Christiana potius religione quam naturali Philosophia dignum confessus est ?

Deinceps contra suos aduersarios , absolutam plurium hominum reprobationem defendantes , sic ad hominem argumentatur. *Quicquid quisque tenetur credere , hoc est verum (vr quid enim cogemur , credere mendacium) sed quilibet tenetur (iuxta vestram sententiam) credere , sc̄ à Deo electum , Deumq̄e salvare se velle. Ergo verum est D E V M elegisse quemlibet cumque hominem , eumq̄e salvare velle : Item sic : Quidquid de semetipso nemo debet credere , id de nænine verum est.*

nemo

nemo autem debet credere, se absolutè & absq[ue] conditione esse reprobatus, ergo &c. Deinde ex ipsorum Formula baptizandi quia omnes baptizati dicuntur sanctificati esse & Ecclesiæ membra concludit: vel omnes baptizatos esse predestinatos, quod aduersarij non concederint, vel gratiâ sanctificantem non solis conuenire prædestinatis: Et plura huiusmodi ex scriptura & Patribus contra eosdem allegat. Tandem concludit, se nequaquam vel à communione Christi fide, vel à reformatæ Ecclesiæ sententia descivisse: fatetur quidem (pag. 168.) se à particularium eiusdem Ecclesiæ doctorum quibusdam sententijs dissentire. Sed, inquit, numquid particularibus reformatorum quorundam Doctorum opinionibus astringi nos conuenit? Si sic, ergo & cum Luthero, Musculo, alijsq[ue], epistolæ ad Hebreos, Iacobi, duas ultimas Ioannis, & iusdemque Apocalypsin è scripturæ canone oportet rejicere: Cum Caluino & Beza hereticidum approbandum erit, aliaeque huiusmodi absurditates plures, quæ vni, aut alteri priua fuerunt.

Tandem collectis per ævum pœnæ iudicium censem & quatuor erroribus à Dorderacensibus in hac disputatione commissis, subiungit. Haec pluresque huiusmodi incongruentiae, absurditates & errores exoticæ falseque opiniones, contra Verbum Dei, contra communem Ecclesiæ sententiam, contra præcipua tantererum quam recentiorum Doctorum dogmata, contra confessiones reformatarum

tarum Ecclesiarū Germaniae, Galliae, Angliae &c.
qui in modis contra Belgicam confessionem ac Ca-
rechismum Heidelbergensem, à Dordrechtensibus
fratribus in refutatione eorum sustinentur; qua-
rum opinionum pars non exigua doctrinam con-
tinet Iesuitarum, partim ipssimet eorum proposi-
tionibus, partim etiam deterioribus: aliae Sto-
corum sunt dogmata, nonnullae etiam peiores quam
Manichaorum: Complures item quæ à diuersis
sectariis defensa olim fuere & etiamnum hodie
ab ijs sustinentur, quos hereticos nominamus,
Denique non minima earum portio nouæ sunt
propriaeque ipsorum inuentiones. Hęc Venator,
quænum vera sint, miseræ utriusque partis
oues quo iudice intelligent?

Eodem anno mense Aug. ordines pro-
uinciaæ Ultraiectinæ, ditionis suæ concilium
coegerunt, in quo sua ipsi authoritate circa
Ecclesiæ gubernationē ministris suis prædi-
cantibus leges & cæmonias præscripsere,
multas certè quarum ne vestigium quidem
in lacris Literis apparet: præfantur tamen
ad eosdem suos ministros velle se saluum esse
fundamentum præcipuum reformationis quod in
humanorum decretorū statutorumq; abiectione
consistit. Actum quoque est in eodem con-
cilio de modo componendi controversias
illas turbasq; inter Remonstrantes eorum
que aduersarios. In eum finem primo se de-
clarant iurisurandi ac fœderis obligatione
teneri,

G

teneri, ne ullam doctrinam, regulam, mensuram aut normam fidei vitæq; piæ in ista prouincia vel recipere vel sequi debeant, præter solum verbū Dei scriptum. Confessionem belgicam recipiunt in eo sensu qui conformis sit sacris literis, simulque reuisioni ac examini in Nationali synodo eandem subiacere debere decernunt. Dein capite tertio, articulo tertio ita ministris præcipiunt: *operam dabunt ut in fundamentis fidei sternendis ut antur verbis & phrasibus è sacra scriptura desumptis, exemplar habentes sanorum sermonum quos ab Apostolis dederunt, verbum Dei loquentes non verbis que docet humana sapientia, sed qua docet Spiritus Sanctus, spiritus lia comparantes spiritualibus, vitantes logomachias que nullam præstant utilitatem sed subversionem audientium: rejcentes quoque subtilem profundasque speculations & inutiles disputationes, memores semper finem precepti esse charitatem ex corde puro, conscientia bona & fide non ficta.*

Moderatio Ordinum.

Dein articulo quarto cauent, ut intradis cōtrouersijs ea adhibeatur moderatio, ne cui detur occasio iure suspicandi, aliquid ab eis doceri, ex quo sequi possit, hominem ullum à Deo creatum esse ad danationem, aut ad peccandum necessitate impelli, aut etiam inuitari quemquam ad

ad salutem à Deo, cui tamen ipse eam absolute
non dare decreuerit. Sicut etiam sollicitè curan-
dum, ut initium, medium, & finis salutis nostra
non naturalibus hominum viribus, sed soli pura
& immitia diuina in CHRISTO gracie ad-
scribatur. Deniq; articulo quinto postquam
Theologis permiserint de quibusdam huius
doctrinæ circumstantijs disputationes in
Scholis instituere, subdunt: Nolumus tamen
ut huiusmodi disputationes ad suggestum Eccle-
siasticum adferantur: quemadmodum nec volu-
mus ut ijs qui in hac materia altius ascendere
non audent, quam ut dicant DEVM ab æterno
secundum suum beneplacitum in CHRISTO
Domino nostro fundatum, ad salutem æternam,
eamque impromeritam elegisse atque ordinasse
omnes & singulos in eundem (IESVM CHRI-
STVM) credituros, & in ea fide usque in finem
perseueraturos: Contravero ad exitium destinat-
se ac reprobasse omnes & singulos gratiam suam
spreturos, se ea indignos praedituros, & in ista
infidelitate perseueraturos; idcirco vel minimum
negotij faceatur, aut, ut altius doceant, mole-
stia exhibeatur &c.

Hæc deinde ad executionem in Ultraie-
tina prouincia ita deducta sunt, ut quidam
prædicantes huic moderationi acquies-
cere renuentes solum vertere sint co-
acti.

Libri editi sunt hoc anno varij.

1.

Consideratio Sententia Iacobi Arminij, de Predestinatione, gratia Dei & libero hominis arbitrio apud Ordines Hollandiae ab eodem declarata. Authore Daniele Tileno Theologo Academia Sedanensis.

Latinè Francoforti & Belgicè alibi,
suppresso loco.

In fine editionis Belgicæ subiectæ sunt tres familiares epistolæ, vna Dauidis Parzi ad Authorem. 2. Authoris ad Paræum. 3. ali- cuius M. Abrahāmi Sculteti, itidem ad Paræum. In quibus literis Arminius tanquam alter Pelagius nigro prorsus calculo nota- tur; Author verò huius Considerationis tanquam secundus Augustinus ad cælum extollitur.

2.

Christiana induc̄tio ad pacem & mutuam tolerantiam in hodiernis dissidij. In qua funda- menta aliter demonstratur Eximum Doctorem Henricum Bullingerum, tametsi quo ad predica dissidia, eandem cum Remonstrantibus sententia tenuerit, nihilominus pro Reformata Ecclesia doctore agnatum esse: Et consequenter etiam Re- monstrantes, ut qui quoad eadem cum Bullinge- ro sentiunt & Ecclesia unitatem seruant, intole- rabiles censendos nullatenus esse. Per Samuelum Lansbergium Ministrum Roterdamensem.

In pressum Roterdami

3: **D**e Hæreticidio Tractatus brevis. In quo doce-

docetur, Hæreticos nō puniendos esse morte &c.

Parvus Vie dux; pro instructione simplicium qui hi temporibus ob dissidia perplexi vix quid agere debeant, sciunt.

Nescio tamen quomodo hic titulus libello conueniat, ut pote in quo potius religio omnis, hoc est nulla, quam inter tam multas una certa, approbatur. Moderatio scilicet & mutua tolerantia etiam reformatis cum Romano pontifice seruanda indigitatur: Si modo pontifex re ipsa demonstret se non suam sed immortalis Dei gloria querere multorumq; hominum unionem & salutem sibi curæ esse. pag. ultima.

Copia quarundam literarum quas personæ duæ sibi mutuo scripsere, de Perseuerantia Sanctorum.

Dordraci.

Defenditur ibi ab altera parte *qua est* Adami Hertvvech, acriter Sanctorum perseuerantia; id est; quod verè fideles, licet incident in grauissima peccata; nunquam tamen à fide totaliter, nec à salute finaliter deficiat. Tandem mouetur quæstio, an moderna reformatorum dissidia fundamentum fidei aut æternam salutem concernant. Ad quam idem Adam respondet affirmatiuè, & quo ad negotium de Apostasia SS. probat 6. argumentis.

6.

Brevis & solida Refutatio cuiusdam libelli
sub nomine Adami Hervvech Roterodamensis
emisi: in quo friuolu & leuissimis quibusdam ar-
gumentis conatur euincere fideles in quanta-
cunque etiam peccata incident, nihilominus
saluandos esse, nec perire posse.

Roterodami.

Statum controuersiaz ponens author
(litera B.) ait aduersarium cum suis sentiro
q̄ fideles licet omnia sibi possitia perpetrent flagi-
tia inque ijs perseverent, quinimò licet inerro-
res incident, quibus fundamentum salutis velex
parte vel ex toto euertatur &c. nihilominus omi-
nibus Dei donis aut eterna salute priuari non po-
sint.

7.

Eirenicus Christianu. Siue de pace Catho-
lica Ecclesia excellens, Christianus, Necesaria
& utilis tractatus.

Compositus per P. M. Franciscum Iunium
dum viueret professorem Theologia in Academia
Leydensi.

Translatus per Iohannem de la Haije Min-
strum Hagensem.

Amsterdami.

Multa in hoc libro differuntur de mu-
tua pace & tolerantia seruanda cum dissi-
dentibus quibuscumque, qui caput religio-
nis Christianæ id est CHRISTVM
ipsum

ipsum non conuellant. Exhortationes quoque dantur ad pacem & concordiam bonæ quidem; vt & consilia salubria, Non tamen efficacia. Quippe mundus etiam ab Apostolorum temporibus totus in maligno positus non consuevit sanis Euangelij consilijs ita acquiescere, vt prauis affectionibus prorsus mortificatis, hæresum aut schismatum authores non profundat.

*Consilium ad V astatam Galliam Anno 1567.
datum per Sebastianum Castalionem. Vbi causa
presenti tunc belli simulque medicina eius in-
digantur. Ac presentim diligenter examinatur
ac perpenditur an conscientijs vis sit adhiben-
da.*

3.

Consilium scilicet non tam Christianum quam politicum: Imo vero nec politicum; quippe libertatem prophetandi cuiuis, hoc est etiam falsis prophetis, ne turbas dent in Repub. permittendam esse statuens. Authorem (hunc forte ob hoc scriptum) non magni faciunt Contra Remonstrantes. Adeo ut inueniatur inter illos qui Theodorum quendam Bomium arguat, quod sc̄tentia Castalionis ossa ē sepulchro produxerit. Iste tamen Bomius (*In Veredario suo edito anno 1617. pag. 20.*) aduersario, huic respondēs, mirificè Castalionem cōmendat; honorificū

G 4

de

de eo citat testimonium Vniuersitatis Basileensis, in qua Theologiae professorem egit; Ex Philippi quoque Melanthonis & Christophori Carleili ad ipsum datis literis laudes eius exaggerat. Castalionem hunc & idem asserit Bomius & huius Consilij proœmiaста Basileensium testimonio probat, Anno 1563. mortuum esse. Sed quomodo ergo Consilium hoc pro Gallia excogitauit anno 1567. An ossa eius post mortem forte prophetarunt? Hoc si verum sit, sat iam à fætore vindicata sunt. Sed forte hoc consilium prædicto anno non tam ab Authore est excogitatum, quam à typographo in lucem emissum. Ita proœmiaста idem insinuat, Sed tamen sensus tituli est ut nos eum translamus. Et infra titulum subiungitur, primam libelli impressionem factam fuisse anno M.D.LXXVIII. Ita scribimus indecūdoctique poemata passim.

In causa Vorstij varijs adhuc hoc anno scriptis vtrinq; sudatum fuit: Prodijt enim primò.

I. *Lydius lapis Adriani Smoutij Concionatoris Roterodamensis pro examinanda Responsoione quadam aut declaracione quam in fine superioris anni Conradus Vorstius edidit ad Articulos quosdam ad sui grauamen in vulgo sparsos.*

Ex.

Excipit hic author Vorstium acriter, audacter & argute.

2. Examen Responsionis quam D. Conradus Vorstius edidit ad Articulos ex Anglia transmissos.

3.

3. Conradi Vorsty Prodromus plenioris responsi suo tempore cum Deo secuturi, Ad Declarationem D. Sibrandi Luberti & iteratam Ministrorum Leovvardiensium Cautionem, aliaq, plura id genus eristica scripta recenter in lucem aduersus ipsum emissa.

3.

Lugduni Batauorum.

4. Specimen Conscientiae, candoris, veracitatis, simplicitatis & pietatis D. Vorsty, quod de nro exhibuit in ipso sue ad Regios Articulos apologia limine, & ante paucos dies in prodromo in loco de immensitate sive omnipresentia essentiae Dei. Scriptum à Pastoribus Ecclesiae Leovvardensis.

4.

Franekeræ.

5. C. Vorsty brevis Refutatio Speciminis à Leovvardiensibus Ecclesiasticis aduersum ipsum editi. Lugduni Batauorum.

5.

6. Responsio ad D. Vorsty Prodromum data à Ministris Leovvardiensibus.

6.

Leovvardiæ.

7. Conradi Vorsty Responsum plenius ad scripta quædā eristica non ita pridem à diuersis fratribus contra ipsum edita &c.

7.

G 5

Lugduni

8. 8. Declaratio Ministerorum Leovvardiensium
super pleniori Responso Vorstij.

Leovvardiae.

9. 9. Catalogus errorum sue Gallucinationum
D.Sibrandi Lubberti, ex libello ipsius cui titulum
fecit Declaratio Responsonis &c. fideliter excerptus,
cum breui refutatione. Authore Conrado
Vorstio S.Theol. Doctore.

Lugduni Batavorum.

Enumerat hic Vorstius errores Sibrandi
ad nonaginta nouem. De quibus ad Lecto-
rem sic præfatur : Inuenies hic centuriam
pene integrum errorum illius viri qui tam acer-
bum aliorum censorem agit : quos quidem ex v-
nico ipsius libello eoq; paruulo , inter perlegen-
dum excerptimus. Maluisse quidem ego inuidio-
so hoc labore supersedere. Sed tam sepe palam
que ab hoc homine prouocatus & velut ini-
cta manu ad scribendum pertractus , quid
facerem & Annon insulsis ipsius nænijs & coc-
cymis centies repetitis aliquid opponere debui
&c.

10. 10. Matthai Sladi Anglobritanni Gymnasij
literarij in vrbe Amsterdamsi Rectoris, cum
Conrado Vorstio de blasphemis, heresibus &
atheismis à Serenissimo sapientissimoq; Magne
Bri-

Britanniae, Franciae & Hyberniae Rege Iacobo
huius nominis primo in eiusdem Vorstij de Deo
Tractatu & exegesi Apologetica, nigro Theta
notatis, Scholaſtice disceptationis Pars prima.
Ad Nobiliſſ. ac præpotentes D. D. Ordines fede-
ratarum Belgij regionum Generales. In quaſi-
des orthodoxa de vera immensitate & infinita-
te trin-unius Dei opponitur heterodoxia Augu-
ſtini Streuchi Episcopi Kisami & Vorſtij statuen-
tium Deum & finitum esse, & domicilio quo-
dam non ſuo habitare. Ostenditurque Seriſſi-
mum Regem grauissimas ob causas Vorſtij do-
ctrinam, de finitudine, localitate, quaſi-corpo-
ralitate & quaſi compositione eſſentia Dei
condemnoſſe: multaque in iſdem Vorſtij Apolo-
gij latinis atque Belgicis fraudulenta ſo-
phifmat & aperta mendacia deteguntur.

Hanc poſtea ſecuta eſt pars altera (cum
præfixa appendice prioris partis) de immu-
tabilitate & simplicitate Dei qua docetur
Sereniſſimum &c. Regem Anglia iuſte ac me-
rito noſtare blaſphemum Vorſtij dogma, DE V N
eſſe mirabilem, & accidentibus ſubiectum
afferentis. Appositum Conradi Vorſtij & Fausti
Socini Concentus ſiue Bicinij exemplum.

Præfixa quoque huic parti eſt prioris lo-
ga valde Appendix.

Stylus vbiq; mordax & amarus in Vor-
ſtium & Remonstrantes.

Amsterdami.

¶.

II. *Parasceue Conradi Vorsty ad Ajnicam Collationem cum Ioanne Piscatore Schola Herbornensis professore. Translata è latino in Bel-*
gium. Amsterdami.

Transcriperat iam ante, in Martio scilicet huius anni, Piscator ad Vorstium censuram suam super eius librum *de Deo & Apologeticam declarationem*. Notauerat plerosque suspectos passus, argumentis etiā errores confutaret. Responderat quoque ei Vorstius. Iam vero cum à tam multis vndique simul aduersarijs, ijsque acrioribus & vehementibus impeteretur; In uno Piscatore (quem omnibus suis aduersarijs longe præferre ait) omnibus volens satisfacere, collationem ipsam parabat in lucem emittere hac præmissa parasceue, in cuius prologo acerrimè perstringit Georgium Eglensem, Matthæum Sladum, Adrianū Smoutium &c. quod tam iniquo secum egerint in scriptis suis animo, ut digni non sint quibus à bono viro respondeatur.

1613.

Anno millesimo sexcentesimo decimo tertio Februarij vigesimo sexto & vigesimo septimo, Delphis in Hollandia australi habita denuò est collatio sex prædicantium *Ioannis* scilicet Bogardi, *Ioannis* Becij, *Festi hommij*, ex parte *Contra Remonstrantium*.

Ioannis

Ioannis autem Vtenbogarty, Adriani Borrensis,
& Nicolai Greuinckhouy, ex parte Remon-
strantium. Colloquij huius occasionem &
succesum ita describunt Leidenses pag. 81.
Quum illustrissimus quidam patriæ nostræ
Heros pacis militiæque studijs Belgis suis
notissimus vocatis ad se duobus Pastoribus,
quorum unus Remonstrantium, alter Con-
tra-Remonstrantium partes tuebatur, signi-
ficauisset sibi ex animo dolere diutinis hisce
Ecclesiasticorum certaminibus florentissi-
mas Belgij Ecclesias possundari, seque vnicè
optare, ut ex consilio aliquot vtriusq; partis
Ecclesiastarum serio & quām citissimè di-
spiceretur, num qua ratione eæ quæ quinq;
articulorum nomine, venditabantur dispu-
tationes componi possent; & singuli pro se
quisque operam suam, promouendo tam
prio operi, liberaliter addixissent; Factum
ut primo post tempore terni vtrinque Del-
phis de negotio isto deliberaturi conueni-
rent, magnaque nostros erigebat spes, futu-
rum vt aliqua componendi dissidiij dialla-
ctika ratio iniretur. Verum cum ad sermo-
nes deuentum & multis vtrinque disputa-
tum esset, nostri (quod ineundæ pacis Caput
esse videbatur) ut de necessitate articuloru[m]
controveri forum sententiam dicerent Con-
tra-Remonstrantes, petiuere; & num eos in
Pastoribus Ecclesiarum, salua fidei Saluificæ
integritate,

integritate, ferri posse crederent, exponere dignarentur: addentes, si non tolerabiles eos esse iudicarent, frustra de Sarcienda Ecclesiæ pace vltterius laborari; si tolerabiles faterentur, de modo redeundi in gratiam cogitari posse, & sine mora cogitandum esse. Contra Remonstrantes vero responderet ad hoc grauati, scripto nostris exhibuerent theses aliquot & antitheses numero 37. quarum illis suam & Ecclesiarum Belgicarum, uti præ se ferunt, sententiam de memoratis supra capitibus definites, his contrarium, quam nostrorum quibusdam probari dicebant, reiecere; addebantq; si idem secundum de his capitibus sentire profiterentur Remonstrantium quotquot sunt; cogitaturos tunc se num quæ ineundæ pacis via iniri queat. Nostræ, quamvis iniquissimum putabant, ad trium pastorum (tot n. aderant pro publico Ecclesiæ, sed priuato nomine) libitum, de ijs cap. denuo sententiam explicare, de quibus vi dubitare eos suspicentur, causa non erat: nō tamen responsonem præcisè detrectarunt; sed contra potius hoc responsi dedere: institutum fuisse hoc colloquiū, non vt de alijs quæstionibus nouæ mouerentur lites, sed vt præsentes tollerentur, non vt in huius vel illius fidem novo examine denuo inquireretur, sed vt de modo sō pie di compertas cōtrouersias liberaret.

liberaretur. Paratos tamen se fore, quois tempore suam de istis cap. aperire sententiā, modo hoc à Contra Remonstratiū æquitate impetrare liceat, ut litem Remonstrantiis mouere ob 5. Articulos desinant, & liberum hic relinquant Ecclesiæ Pastoribus suum iudicium; hoc si promittunt, non gravari se, explicaram de illis cap. sententiam dicere. Alias inani pacis spe lactari Remonstrantes, & quotquot in expectatione eius sunt Ecclesiæ, quā diu non constet, illæ so fidei fundamento, ipsorum de prædestinatio- ne & eius annexis assertiones ferri posse. Hucusq; illi cōformiter ip̄sis istius collatio- nis actis eodem anno typis diuulgatis; nisi quod illic nō triginta septem, sed sexdecim tantum theses totidemque antitheses, circa sex doctrinæ Christianæ articulos proferan- tur. Articuli sunt: Primus, de plenaria satisfa- ctione Saluatoris nostri pro peccatis nostris. Se- condus de Iustificatione hominis coram Deo. Tertius, de fide iustificante. Quartus, de pecca- to originali. Quintus, de certitudine salutis. Sextus, de perfectione hominum in hac vita. Pa- tet ex ijsdem actis etiam, vtraque ita parte in tententia permanente, re infecta esse disces- sun. Quoniā vero præfata antitheseon capita tres Remōstrates ex sola sibi suspicioe impu- tari dixerat, pdijt simul Collationi subnexa quoīdā citatio dogmatū è scriptis Arminij,

Vorlīj,

Vorstij, Petri Bertij & Adolphi venatoris, quibus antitheses illas à Remonstrantibus, reuera defendi comprobetur. Tandem hæc subiicitur censura in Arminium ac Vorstij ex epistola quadam Dauidis Paræi scripta Heidelberga hoc anno 1613. Primo Martij ad N. N. Arminium vestrum Sociniani in Polonia expresse vt suum nuper nominarunt pacificatorem, vna cum quodam Acontio, Bonfinio, clandes-
tinis asseclis, quarum autoritate postularunt à fratribus orthodoxis fraternitatem: iſti vero for-
titer recusarunt. Acta ad me misit synodus Lu-
blinensis cui nuper postridie natális Domini re-
spondi: vertat se igitur Vertumnus ille Vorstij
in omnes formas, & album nigrum quotidie vo-
bis occinat; mihi qui hominem nimis noui, non
imponet; spero etiam quod non vobis & Ecclesia
Dominum precor ex animo vt si est sanabilis de-
ei mentem & linguam rectam, rotundam-
que.

Eodem anno sexto Martij Rex Anglia iterum literas dedit fœderatis ordinibus, quibus dolere se admodum significat ob certamina inter ministros populumque eo- rum exorta; pro ijsdemque sopiaendis hoc suggerit consilium; experiundo se didicisse disputationibus Theologicis hoc genus quæstionum difficulter determinari; magis autem è re fore; vt sopianatur autoritate publica: ita ut prohibeatis, inquit, ministros

vobis

Vestros ne eas disputationes in suggestū aut ad plē-
bem ferant, ac districte imperetis ut pacem colant,
se inuicē tolerando, in ista opinionū ac sententiā
discrepancia, qua superdictis capitibus inter ipsos
inuenitur, saltem donec mature cognito negotio
authoritate publicā per vos aliter statuatur. Ad-
ditque se visis vtriusq; partis opinionibus, ac
argumentis neutrām comperisse adeo deui-
am, vt non possint cum fidei veritate & cum
animarum salute consistere. Vide Leyden. p. 20.
Mense Aprili Vincentius Drielenborgh
iam in Vrbe Ultraiectina duorum conuen-
tuum Quæstor & simul ciuitatis Consiliarius,
à Spiritu in conscientia sua (vt ait) redargutus
& conuictus quod reuelationes quas Anno
1608. & sequenti acceperat ita contra vo-
luntatem Dei sepeliret; hoc est, hactenus in
lucem pro omnibus nō edidisset: magno ze-
lo cœpit prophetias suas conscribere, & scri-
ptas quidem primo Illustrissimo Comiti
Palatino tunc ob nuptias cum Serenissimi
Angliæ Regis filia contrahendas aut contra-
ctas per Belgium iter habenti, per cubicula-
rium eius offerri curauit, cum dedicatione
quadam ad eundem principem præfixa. Sed
nihil exinde responsi accipiens deinceps
prelo cœpit scrinium sui pectoris aperire,
partim latino (cuius aliqualiter composest)
partim belgico idiomate omnibus (sui simi-
libus, hoc est, eodem Spiritu renatis) Anti-

H

christum

Christum apertissimè demonstrare. Sed is quantum Sacrarum literarum præ omnibus intelligentiam, se teste & iudice, iam dudum acceperat, nondum intellexisse visus est illud.
Cor. 14. 32. *Spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt.*

Feruore enim prophetandi abreptus, in Magistratum & Ministros Ultraiectinæ provinciæ tanquam in Antichristi sibolem non obscurè debacchatus, seditionis reus, in carcерem coniectus est. ubi examinatus omnia fere quæ hactenus de ipso retulimus scripto liberè confessus est, Octobris die 25. Quocirca cū mēsem adhuc in vinculis exegisset, Ordinum prouinciæ sententia (postmodum typis diuulgata) ciuitate & ditione ultraiectini pulsus est. Perrexit ipse Amsterdamum, ubi libertatē prophetandi & præsidium quorundam Ministrorum nactus, fortiter vocationi suæ cœpit insistere.

Inter libros qui hoc etiam anno utrumque conscripti ad me peruenere, celeberrimi facile sunt *Sibrandi Lubberti Commentarij ad novaginta nouem errores Conradi Vorstij*. Hoc anno impressi Franekeræ : quamquam eos author anno superiori in Iulio se absoluisse significet. Celeberrimi, inquam, sunt vel ob solam Epistolam dedicatoriam quam ad Archiepiscopum Cantuariensem totius Anglie

Anglic primatem & metropolitanum libro præmisit. In ea enim epistola pluribus Remonstrantium ansam dedit contra se calamum stringendi, dum feruenti Zelo in Vorstium inuectus etiam Hollandiæ Ordines quod alenda huic pesti manum quoquo modo porrigit ant fugillare visus est. dum optat ut iij quotquot ad gubernacula sedent ita veræ religionis & concordiæ Ecclesiarum curam gerant, vt re ipsa demonstrent, id quod credi viderig, voluit, pluris se omnium Ecclesiarum Belgicarum publicam incolumitatem quam unius aut paucorum hereticorum priuarum commodum facere, &c.

Nobis notandum potius quod paulò infra de Vorstio sic scribit: *Cum hereticus in confessu Ordinum solenniter iurasset se essentialem Dei omni presentiam nunquam negasse; dixit in eodem consuſſu; confessu? imo in eodem momento; Deum suâ essentiâ non esse in sterquilinijs, cloacis & locis sordidis præsentem. Quo lane facto ipsos Ordines Hollædia subsannare & quasi naso suspendere voluit. Voluit enim declarare, se iudicare illos, apud quos dicebat ne minima quidem harum rerum scientia præditos esse, ac proinde licere sibi apud eosdem quicquid in buccam veniret, impunè deblaterrare &c.*

In summa, contendit Sibrandus acriter, *Spiritum prophetarum prophetis subiectū esse opor-*

H 2 ter,

tere; id est, (vt ipse explicat) iudicium controvèrsiarum fidei non ad Magistratum politicum sed ad prophetas seu verbi ministros pertinere, &c.

Tandem post admonitionem ad Lectori ita ex abrupto aduersarium suū aggreditur.

Conrade Vorsti. *Vt ex omnibus Academij Ecclesiisue reformatis Germania, Britannia, &c. pnam eligas, cuius iudicio te, tuaq; scripta submittere velis, & vt hoc mihi intra duos menses significet & simul designes diem, quo te ante proximas Calendas Maij, Academia Ecclesiae à te nominata, iudicio sistere velis. Hoc enim intellecto, & qd me (si Deus volet) parabo, vt & me illi Academij Ecclesiae, quamcūq; nominaueris, sistam. Idq; cu lege vt nisi te ex tuis scriptis heresios conuici non recusat urus sim illas pñnas subire, quascunq; ius diuinum & humanum damnato heretico minantur. Si vero te heresios conuiceret, nullam & liam pñnam abs te exigam quam vt abeas ex Bolognica.* Deinde ad singulos errores à Vorsti sibi tributos acris stylo vbi respondit, tādem pag. 841. librum ita finit: *Hac voluit, & super plus quam heretica protervia mihi penè per vim expressit.*

2 Diuulgata quoque hoc anno est; *Defensio Sententiae D. Iacobi Arminij de prædestinatione Gratia Dei, Libero hominis arbitrio, &c.* Adversus eiusdem à Daniele Tileno Theologo Sedanensi editam Considerationem. Authore Arnoldo Cor-

uino Ecclesiæ Lugduno-Bataua Pastore.

Lugduni Batauorum.

Porrò sententiam Tileni quam Paræus cum suis plurimùm commendauerat, ita hic author censet, vt capite septimo sustineat eam pugnare cum mandatis & promissionibus Euangelij, cum confessione Belgica & catechismo palatino, cum attributis Dei, videlicet cum sapientia, iustitia & bonitate eius cum natura hominis, cum actu creationis, & cum natura vitæ & mortis æternæ. Item, destruere gratiam, iniuriam esse in gloriam Dei & ignominiosam Christo. Imò capite nono asseuerat sententiā Tileni euerte-re fundamentum omnis religionis vniuersè, & christianæ in specie.

III *Ad Conradi Vorstij Parasceuens Responsio apologetica Iohannis Piscatoris, quæ defendit suas notas contra examen illius. Praefixa sunt illæ nota vna cum epistola magistri ad errantem discipulum monitoria,*

Herbornæ Nassouiorum.

IV. *Ad Conradi Vorstij amicam collationem, &c. Notæ Iohannis Piscatoris professoris S. literarum in illustri schola Nassouica Herbornensi.*

Herbornæ N.

In epistola ad Vorstium præmissa: *Principio, inquit, oras me vt vtrumque libellum tuum (¶ parasceuens scilicet ¶ amicam Collationem) gratum habeam. Ego verò tibi fateor neutrum*

H 3

mibi

mibi gratum fuisse: quia uterque non parum mihi
molestia exhibuit in detegendis sophismatibus tuis
quibus lucem veritatis inuoluis, &c.

V. Concordantia orthodoxæ doctrinae de prouidencia
Dei Anno 1597. à Francisco Gomaro latine
conscripta. Nunc belgicè edita.

Delphis.

VI. Collatio de finali Perseuerantia Sanctorum
scriptis habita inter Danielem Vetus predicantem
Lutheranorum Delphis, Hagae &c. commorantium,
& duo membra reformatæ Ecclesia Delphini-

Delphis.

Duo isthæc membra fuere Abraham Iohannis & Cornelius Simonis de genere textorum. Sententiam tuebantur Contra-Remonstrantium, quam cum non satis clarè initio proposuissent & nihilominus importuniū responsum à Daniele extorquere conarentur, Lutheranos statim crabrones experti sunt. Tanquam enim æstro ac plane fœmineo furore percitus Lutheri filius importunitatem illorum & imprudentiam, si quam prius admiserant, oppidò castigauit, & de victoria in satyrico scribendi genere obtinenda despare eos fecit, adeoq; modestiores reddidit.

VII. Questiones & responsiones Christianæ. Quodam per Theodorum Bezam latinè conscriptæ. Nunc Belgicè impressæ. Delphis.

Petri Baronis summa trium de prædestinatione sententiarum, cum Ioannis Piscatoris ad eam Notis

& FRAN-

& Francisci Iunij ad eandem disquisitione; ac deniq; Gulielmi Vittakeri prælectione aduersus vniuersalem gratiam, & concione de prædestinatione, diuina gratia constantia ac certitudine salutis, &c.

Hardrouici.

Fuit Petrus Baro in Academia Cantabrigiensi Angliæ professor Theologiæ circa annum 1580. vbi cum in variis suis lucubrationibus gratiam vniuersalem, id est, nō solis electis esse propriam, sed omnibus communiter hominibus à Deo offerri contra Caluinū & Bezan sustineret. Wittakerus ita ei iuit obuiam, vt tandem anno 1595. Lambetæ in cōgregatione Episcoporum & Theologorum articuli quidam (à loco Lambethani dicti) approbati consignatique sint, in Academia promulgandi.

IX. Frederici Broeckeri, disputatio de genuino sensu septimi capituli Epistola Pauli ad Romanos contra Theodorum Coornhert & D. Iacobum Arminium.

Enchusæ.

X. Ordinum Hollandie ac Vrestfrisiae pietas ab improbissimis multorum calumnis simulq; à nupera Sibrandi Lubberti epistola quam ad Reuerendissimum Archiepiscopum Cantuariensem scripsit, vindicata per Hugonem Grotium eorundem Ordinum fisci Aduocatum.

Lugduni Batavorum, Authoritate publicâ Senatus delegatorum ab Ordinibus Holl. & Vrestfr.

H 4

Editum

Editum quoque est hoc Anno Dordera-
censium (quorum superiori anno memini-
mus , sex prædicantium *Breue responsum ad*
Adolphi Venatoris replicam. In quo sicut
exoticos Adolphi errores dextrè redarguū;
ita Confessionis suæ & **Catechismi** autorita-
tem ex Reformationis fundamento ab Adol-
pho labefactatam neutiquam stabilium.
Nam *lit.B.* inter Conciliorum nostrorum de-
creta & suas vnitatis formulas hanc solum
ponunt differentiam quod qui à nostris con-
cilijs dissentijunt morti soleant adiudicari:
A suis autem vnitatis formulis si quis dissenti-
at, atque ita Reformatæ Ecclesiæ iudicio se
nolit submittere, quod talis *per hoc reipæse*
abscindat ab eadem Reformatæ Ecclesia. Sed quis
nō videat quam sit hęc futilis ad argumen-
tum Venatoris responsio. Nam si talis re ipsa se
abscindat à Reformatæ Ecclesia, necessarium
est consequens, quod iste separatus seu abscis-
sus sit extra veram Ecclesiam (si tamen Re-
formatæ Ecclesia sit vera Christi Ecclesia) a-
ideoque hæreticus & in statu æternæ damna-
tionis nisi ad Ecclesiam à qua se absciderat,
regrediatur, hoc est, nisi vnitatis formulas re-
cipiat. Hoc autē solum est quod vrsit Vena-
tor, nec mentionem ibi fecit hæreticidij. Et
certè si ex eo solo petenda sit differētia inter
decreta Ecclesiæ Catholicæ & commenta ista
nescio quorū hominū, quid respōdere Vena-
tori

tori poterit Caluinus & *Contra Remonstrantium*
 non pauci qui etiam hereticidum approbant
 Pergunt tamen hic Dorderacenses, pag. B. 3.
 confirmare quod dixerant *impossibile esse ut v-*
nitas in Ecclesia Dei seruetur si unicuique permit-
tendum sit ut pro suo ingenio S.S. literas explicet.
 Sed ad Venatoris consequentias de Reformationis fundamento per hanc doctrinam
 euerso & papatu reuocato, nihil respondent
 amplius, nisi quod scriptura Sacra explicari
 & intelligi debeat secundum traditionem
 maiorum. *Quod miror qua conscientia Nouatores nostri dicere audeant; si antiquos Patres legerint.*

Prodierunt denique rhytmī aliquot & can-
 tica idiomate belgico in populo sparsa; in
 quibus Gomaristarum, id est, *Contra-Re-*
monstrantium de prædestinatione sententia
odiosissimè perstringitur, ipsi quoque istius
sententię præcipui Doctores satyricè admo-
dum taxantur. impietatis, inuidiæ, tyranni-
dis & papismi insimulantur.

ANNVS 1614.

ANNO 1614. mense Ianuario Ordines
 Hollandiæ & occidentalis Frisiæ VL
 traiectensiū exēplo Anglieq; Regis, vt vide-
 tur, consilio cōmoti, sua Dominorū in ministros
 vñsi potestate, simile fere quale supra Ultraie-
 tinorū ordinū meminimus, pro resarcienda
 tādem Ecclesiarū concordia, decretū edidere

H 5 Edi-

Editum porrò postmodum est hoc decre-
tum munitum S. Scripturæ authoritate, &
Conciliorum, Antiquorum Patrum, Confessio-
num publicarum & recentiū Doctorū testimonij.

Post hæc etiam, Transysulanæ prouinciæ
ciuitates (aiunt Leydenses pag. 24) turbare
cœpit quorundam inconsulta temeritas, &
super tjsdem quæstionibus non minus segni-
ter æstuatum. Quare & huius prouinciæ Re-
ctores trāquillitatis publicæ studiosi in decre-
tum descenderunt, in quo à feruidis illis &
polemicis apud populum digladiationibus
circa hæc ipsa capita abstinere iusserunt suarū
ditionum pastores.

Læti hanc ab ordinibus imperatam pacis
moderationem excepere Remonstrantes.

Quin & Leydenses hic statim ita eam co-
mendant: & certè si quis præsentem cùm Rei-
pub. tum Ecclesiæ in hisce regionibus faciem
intueri & patriæ Rectorū, ac variantes quo-
que sententijs, iudicijs, consilijs, Ecclesiasta-
rum animos obseruare volet; fateri necesse
habet, nullum idoneum magis compescēdis
primum conflictantium partium motibus,
inde conciliandis sensim partibus remedium
inueniri posse. Non tamen æquè Contra-
Remonstrantibus negotium illud placuit.
Prodierunt enim aliquantò post aliquot
libelli vulgari idiomate tacitis authorum
nominibus, quibus & veritas se premi conque-
ritur

ritur & Christiana modestaque declaratione ostenditur, etiāsi compertum esset decretum illud Ordinum de componendis in religione dissidijs, ad ineundam pacem esse percommodum, tamen à fidelibus populi ministris recipi nullo modo posse: Ordines de prophetijs iudicando, quod Prophetarum est sibi arrogare, adeoque diuini esse ordinis perturbatores. Non esse magistratus circa Ecclesiastica leges condere, sed à Deo latas cum Ecclesia tota recipere: inuolare in aliorū iura Magistratum quies moderationis formulas concipere aut ortas in Ecclesia coutrouersias citra synodum componere in animū inducit.

Libri præterea hoc anno editi ad me peruenere; Sibrandi Lubberti *Responsio ad pietatem Hugonis Grotii.*

Franequeræ.

Præmittit author libro epistolam ad Senatores Gelriæ &c. quam sic auspicatur: *Hugo Grotius nullo vñquam verbo à me lassus, scripsit in me declamationem plenam vanitatis & arrogantie; eam vocat pietatem Ordinum Hollandie. In hac totum Ordinem Ecclesiarum Belgicarum, presbyteria, classes, Synodos: omnes Ecclesiarum ministros & electiones illorum: totam denique rationem gubernanda Ecclesiae, & omnia iudicia Ecclesiastica, presbyteralia, Clasficalia, Synodica, prout hactenus in Ecclesiis Belgicis exercita fuerunt petulanter perstringit,*
atque

atque ita Vniuersam Ecclesiam Belgicam per meum latus petit. In principio scribit me libertatem sacra docendi passim exagitare, dominatum despicer & potestates conuictijs incessere. Vtramq; vero hanc accusationem nihil aliud esse quam vanam & inertem calumniam testantur mei libri &c. Tullit quoque Sibrando suppetias Ioannes Bogermannus Ecclesiastes Leouardiensis editis Annotationibus in Hugonis Grotij Pietatem. Has tamē Ordines Holl. distrahi per ditiones suas vetuerūt. Surrexit etiā pro Grotio Ioannes Arnoldus Leydensis ciuitatis concionator & Responcionem ad istas Bogermannii Annotationes concinnauit. Cuius pars prima hoc anno, altera anno 1616. Lugduni Batauorum est edita.

Contra Vorstium deniq; hoc anno Steinfurti libellus est editus hoc titulo: *Sorex Vorstianus Hoc est D. Conradi Vorstij Theologi Confessio De iustitia Dei, merito & satisfactione Christi, fide iustificante & hoc genus alijs. Ex autographis fideliter descripta, idque in hunc usum, ut num ille in sinu foueat Socinianismum, cuius ex p̄ys lectis ribus liquido appareat.*

Anno 1615. Cum iam Remonstrantes à suis aduersarijs de inquis processibus passim verbis et scriptis traducerentur, quasi totius schismatis ipsi fons essent & origo, vt qui contentiouse innovatione vrgarent doctrinæ martyrum sanguine obsignatae, quique ordinis

dini Ecclesiae se fraudulenter subduxissent,
&c. de quibus alijsque similibus iniustis co-
natibus iam in Contra-Remonstrantia initio
Hagiensis Collationis exhibita & deinceps
in alijs quoque libellis odiosè accusati erant;
pro sui defensione librum edidere cum hoc
titulo: *Præsior declaratio sive Narratio processus*
omnis obseruati à pastoribus Ecclesiarum quos Re-
monstrantes vocant, in dissidijs istis Ecclesiasticis
vsque ad Annum 1612. Continens Necessariam
ipsorum defensionem aduersus accusationes Con-
tra-Remonstrantiae libello comprehensas. Ad illustres
& præpotentes Ordines Hollandie & Vvest-Frisia.

Lugduni Batauorum.

Cœperunt hoc anno Amsterdamenses so-
lito seuerius aduersus Remonstrantes insur-
gēre. Nam præterquam quod concionatores
scriptis & concionibus acerrimè frequenter
in eos declamarent, Simon quidā Goulardus
Gebennensis, cū iam annis circiter tredecim
Amsterdami Gallicæ Ecclesiae egisset prædi-
cantem, à Consistorio fuit ab officio suspen-
sus & à participatione Cœnæ exclusus, eō
quod pro Remonstrantium sententia conci-
onem quandam instituissér.

Ibidem quoque hoc Anno vulgata est *Re-*
sponsio ad tres quæstiones, quarum prima quære-
batur: *An Ordinum moderatio posset saluâ consci-*
entiâ à ministris recipi & an conciliandæ paci sit
conveniens. Subiungiturque responsio nega-
tiua.

tiua. Primò, quia ista moderatione ejciatur ex Ecclesia doctrina de prædestinatione quam pastores populo subtrahere non possint; maximè cum nec Christus nec Apostoli ita prædicauerint, vt suspicionem absurdæ doctrinæ per crudas consequentias illatæ potuerint euadere. Secundò, quia dū decretum prohibet absurdas illas sententias doceri, stigma inuratur doctrinæ Contra-Remonstrantium, quasi verò illa esset huiusmodi digna canterio. Tertiò, quia præcipiatur doceri falsum contra expressum Dei verbum; scilicet, hominem proprijs viribus sibi iustificantem acquirere fidem. Si enim quæratur unde unus hominū habuerit, vt tanquam fidelis à Deo eligeretur ad gloriam, cum interim alter Deo eligenti sit obiectus ut infidelis a deoque reprobatus, non posse Remonstrantes respondere, initium, medium & finem salutis unius, non naturalibus eius viribus, sed soli puræ & impromeritæ diuinæ in Christo gratiæ adscribi, quare dum hoc nihilominus doceri Ordines decernunt, contradictiones os simul seruari præcipere. Non esse hoc decretum pacis conciliatiuum, sic ibidem ostenditur: Primò; quia vtraque pars liberè poterit suam docere sententiam & simul negare se contra decreti formulam quipiam docuisse. Secundò, quia populus sublimem istam

verita-

veritatem iuxta Dei verbum edoctus ei que
tanquam salutari pabulo assuefactus non fe-
ret mutationem tantam sibi obtrudi, quæret-
que conscientiæ libertatem, pro qua haec te-
nus pugnasse perhibetur. Nec putabit minus
suos sibi concedendos ministros, quam Lu-
theranis ac varij generis Mennonistis sine
molestia ministri permittuntur. Et qualis hinc,
ait pag. 21. oritura sit unitas quilibet facile secum
dispiciet. Qualem quietem ac pacem doctrinae istius
(eius in moderatione isthac patrocinium suscipi-
tur) introductio causarit, Ultraiectina, Rotterda-
mensis, Alckmariana, Brielandia, VVoerdana, Schon-
houiana, Leydensis & Hormana ciuitatum; pago-
rum quoque quorundam, triſtia testantur exem-
pla. Contra vero, num quod damnum aut diſſidium
perseuerantia in veteri reformatæ Ecclesiæ Ortho-
doxia dederit, tranquilla nobis Ecclesiæ Zelandia, Frisia, Diœcesis Græningensis, Dorderacensium
quoque, Amstelrodamensiū, Enchusorum, Schi-
damensium, Edamensium aliorumque manifestum
faciunt. Si porro dein plebi prohibeatur ne doctores
alios audiat, ne priuatim conuentus faciat, &
ita deinceps; an non hoc sit pugnaturum cum
libertate acquisita, quæ patriotis ac ciuibis
magis est debita quam alijs, qui proterra huius
salute ne pedem quidem mutare sustinent; &
si tum nihil segnius cæptis infiterint (ut
ante sub papatu factum est) an non oritura
inde

inde sit conscientiarum violenta coactio & in prios municipes indigenasque tyrannica vexatio, secum quisque serio dijudicet. Tertio vel ex eo quod in Academijs disputationes permittuntur, inter studiosos Theologos, ait orituras sententiarum discrepantias, quas quo minus ipsi populo dein proponant, impedit non posse. Quartò, quia per hoc decretum non nisi de prædestinationis conciliando dissidio proponatur; cum interim in pluribus sit aliorum articulorum vel aperta vel sumpcta dissensio.

Secunda quæstio est: *An igitur posset Magistratus aliud quendam moderationis conceptum formare, iuxta quem doctrinā harum Ecclesiarum regulatā, pax ipsisdem posset restituī.*

Respondet Primò, id non esse necessarium sufficere n. ad hoc sacras literas tāquam normam fidei, & Confessionem belgicam ac Catechismum Heidelbergensem, tanquam vnitatis formulas. Secundò, nec posse fieri saluā veritate. Huius enim & additionem & diminutionem mendacium generare. Et si semel falsitati locus aliquis detur, fore ut similibus causis urgentibus nunquam sit moderandi finis, vt tandem ex toto labascat veritas; fidelium pastorum esse, neutiquā istud permittere. Tertiò, neque id Magistratus officio fore conueniens, sed abusum concessa ipsis potestatis, tū quia non nisi conformiter

Divi-

Diuinæ voluntati quilibet superior debet imperare, in quo si deficiat, Deo magis esse obediendum, quam homini; tum quia sic Magistratus in alienū inuolaret officiū, & in Sancta Dei intraret: Ecclesiæ enim regimen, quo ad doctrinæ sanæ propositionem, pastoribus & Ecclesiæ Episcopis commissum esse. Quartò, Conceptum huiusmodi fore iniquum. Cum enim Contra-Remonstrantes nihil ex antiqua doctrina innouandum contendant, omnem moderationem in eorum fore præiudicium ac in fauorem Remonstrantium, qui ab antiqua doctrina recesserunt, præfertim cùm iij teneant utriusque partis dissidium non esse circa, ad salutem necessaria. Contra-Remonstrantes verò sustineant doctrinam Remonstrantium saluo salutis fundamento, aut recipi aut doceri non posse.

Tertia quæſtio est: Quid ergo consilij pro pacis restauratione capendum? Respondet in promptu esse consilium. Cum enim Remonstrantes à vetere doctrina desciuerint, quam tamen absque salutis dispendio teneri posse concedunt, cumque magnam politico magistratui in causis Ecclesiasticis authoritatem tribuant; iubeatur, inquit, authoritate publicâ antiquis se ministris reconciliare ac receptis semel unitatis formulis adhærere. Quid si recusauerint, re ipsa eos fore conuictos

uictos inobedientiæ, ac vanè magistratui fuisse blanditos. Si verò contendant saltem utile fore si vetus doctrina nō nihil vel explicetur vel emendetur, Conuocetur, ait, pro hoc Nationalis synodus, eiusq; iudicio Remonstrantes sponte se submittant. quod si non sint, præfractæ contumaciæ obnoxios ostendent. &c.

Excepit has responsones postmodum Ioannes Vtenbogardus editâ *Defensione Resolutionis præpotentium Dominorum statum*. Quam Mauritio Comiti dedicauit. Vbi auctorem hunc & omnes generatim in illo *Contra-Remonstrantes* acriter rebellionis arguit, qui iustissimo suorum superiorum mandato obtemperare durâ ceruice contemnunt. Probat quoque diuersorum auctorum testimonijs, à *Contra-Remonstrantibus* Deum reuera auctorem peccati constitui.

Eodem anno, in Julio, Jacobus Triglandius concionator Amstelredamensis magistratui suæ vrbis obtulit librum cum hoc titulo: *Rectè moderatus Christianus*. In quo (contra Ioannem La-Haye, qui eidē magistratui *Christianū moderatū* obtulerat atq; in eodem supra dictam Ordinū moderationē defendebat) probat, licet tolerandi & iterum parturiendi nonnunquam sint simplicitate quādam seducti, tamen doctores falsos semper im-

impediendos esse , ne doceant ; veritatis prædicationem tacere , in fauorem illorum qui falsa docent , non esse prudentis , sed infidelis pastoris , id nolle facere non esse pertinacis, sed constantis, non quærentis hominibus placere, sed Deo , eosque qui huiusmodi sunt vel maximè veram pacem sectari Probat sua ex scripturis , argumentis item aduersarij e S. Scriptura depræoptis , quod scilicet Apostolus Paulus omnibus omnia sit factus , quod circumciderit Timotheum , quod se purificauerit , ut Nazareus , Respōdet Apostolum hoc fecisse , non tamen obseruanda esse tanquam ad salutem necessaria docuisse ; fecisse autem ut lucraretur infirmos in fide quod semper faciendum esse Romanorum decimoquarto ipse docuerit . Moderationem tacendæ veritatis dicit esse diaboli technam , qua paulatim eandem conatur euertere , sicut tentauit olim per Arrium in voce δυσος , Eodem (inquit pag. 24.) modo agitur hodierna die : David - Ioristis , Franckistis , Cornhertistis , & alijs huiusmodi libertinis non tante curæ est pax , licet de ea tam multum clamitent ; quod sat is blasphemij eorum libri quibus Ecclesiam Dei & doctrinæ veritatem quotidie profundunt , hominumque multorum quietem perturbant , abundantiter testantur . Verum quemadmodum ipsi met nullā in religione habent firmatatem , quin potius religione prorsus destituti (omnis enim religio nulla

religio) salutē suā in vita politica penūt; sic etiā aliorū hominū corda secū à religione conantur disoluere, in arena reponere, & in politico viuendi instituto fiduciam docere. Ita & illi, qui moderationem hodierno tempore tantopere student promouere, aliud nihil moluntur, nisi ut per medium dictæ moderationis reformatam Ecclesia doctrinam, quæ ipsis aduersatur, possint obscurare: ut ita commodius opiniones suas introducant. Deinde ne quidem vel in eum finem moderationem esse adhibendam dicit, vt postea facilis veritas solidetur: non enim, inquit, facienda sunt mala ut eueniant bona. Articulos autem ambigui & duplicitis sensus cudere, vanum esse pacis, verum autem discordiæ remedium, probat ex Melanthone &c. Deinceps altera parte ex grauitate controversiarum ostendit eas non posse componi. si (inquit) diligenter attendatur, comperiemus controversiam non consistere solummodo in diuersi explicationibus quorundam Sacra Scriptura locorum, sed concernere præcipuos quosdam Christianæ doctrine articulos, quorum quidam quinque articulis (disputatis in collatione Hagensi) continentur: alij vero extra eos, verbi gratia, De peccato Originali, De satisfactione CHRISTI, De medio consequenda salutis, De perfectione hominū in hac vita, demum De attributis Diuinae essentiae, &c.

Prodiit quoque hoc Anno Dissertation Theologica

logica de duabus quæſtionibus hoc tēpore cōtrouerſis quarum prima est de Reconciliacione per mortem Christi impetrata omnibus ac singulis hominibus. Altera de electione ex fide præuifa ; Sermonem primum inchoata postea vero scripto continuata, inter Guilielmum Amesium Theologum Anglum & Nicolaum Greuinchouium Ecclesiastem Roterodamensem,

Roterodami.

Ediderat hanc dissertationem prius Amesius, sed ita vt argumentis quibusdam nouis pro ſe eam locupletasset, & fidelitatem eius Greuinchouius desideraret; quare hic nunc genuinam ſe illam atque integrā cūm reſpoſtionibus ad Amesij instantias pollicetur. In epiftola dedicatoria ad magistratum Roterodamensem, & in præfatione ad lectorem Amesium aliosque nonnullos Contra-Remonstrantium antesignanos & Fautores acriter perſtingit, & accuſationes eorum quasdā aduersus Remonstrantes emiſſas tanquam calumnias refellit. Secuta eſt postea

Guilielmi Amesii Rescriptio ſcholastica & breuis ad Nicolai Greuinchouij Reſponſum illud prolxū, quod oposuit diſſertationi de redēptione generali & electione ex fide præuifa.

Amſtelodami.

In præfatione ad Lectorem fidem ſuam defenſurus, Nicolai Greuinchouij cornua ita alijs cornibus incipit retondere: Prodūt tibi nuper (Christiane lector) Nicolai Greuinchouij ſcriptum reſponſorium poſtquam annos iam aliquot

in amaritudine fellis bene quasi maceratum ac digestum fuisset; quo certè libro ludo ille Taurios edidisse nobis videtur, vel venationis illius imaginè quæ in Hispania iam maximè viget, & agitatio Taurorum appellari solet: ubi ferox emittitur bellua, quæ nunc in unum, nunc in alium vel agitorum vel etiam astantium fertur, prostrans animalia violentiâ, alios etiam mortifero cornu transfigens. Nam simili plane modo Hercules iste noster in hac versatur arena, dum obuium quemq; non cornu quidem sed lingua tamen & dentibus petit, &c.

Hoc quoque anno Amsterdami è latino idiomate (quo superiori anno Bremæ fuerat excusî) in belgicum versi editi sunt Quatuor tractatus de perseverantia Sanctorum: in quibus ea defenditur præcipue contra Petri Bertii librum de Apostasia Sanctorum, per Ludouicum Crocium S. Theologia Doctorem & professorem in schola Bremensi.

Contra hunc Bertius secundæ libri sui editioni hoc anno Hyperaspisten seu protectorem adiecit.

Cuius pag. 220. ita texit coronidem: Videor tandem ex nebulis in apricum protraxisse acumina illa distinctionum, quibus hactenus iacuit apud multos opera veritas? Quid enim aliud toto libro tuo agis, Ornatisime Croci, quā ut quem Deus dicit iustum, tu neges r̄nquam iustum fuisse? quod Deus

Deus ait posse fieri, tu neges? quod ille vocat deserere, tu voces videri, ac proinde non desereres? Quid autem in rerum natura tam certum aut clarum est, quod hac ratione non possit eludi? Ostendi non constare te tibi iniuste mihi heresim Arianae pestilentiorem ab te esse obiectam; nec me hic à Confessione belgica tot martyrum sanguine firmata recedere, sed te Bremae sub sacri Imperij Aquila degentem recedere à Confessione Augustana. Ostendi amplius tuis te iugulari axiomatis; nec posse te de Apostasia statum ullum controuersiae formare, vel problema fingere, vel thesin constituere, vel titulum tractationi praesigendum ex arte concipere. Per ipsas quoque caligines sequitur distinctionum tuarum secretorum protraxi in lucem oportet illa minime inter se coherentia &c. Deinde dans Crocio consilium prudentius veritate inuestigandi, post pauca subdit: Cogita post hac antiquitatem, Hebraeam, Graciam, Latinam, omnem. Vniuersa enim quanta quanta est, stat prome. Suggero quoque tibi, ut legas Erasmi libros duos, oppositos Lutheri commentarijs de seruo arbitrio. Cessit illis Melanchthon, non erit tibi in honorum iisdem fasces submittere. Lutherus certe ijs nunquam respondit, tametsi diu postea vixerit. Si ille (Deus bone quantus vir & quanti animi) cæpit ex eo de impetu remittere, si Melanchthon palam recantauit; si nos, imo si inter nos tam multi desertâ priore sententiâ, gloriâ Deo dedimus; ne sit

mi Croci, pudori tibi agnoscere bonum quod offertur, & tantum non in oculos ingeritur, &c. Demum subiūgit Observations & theorema-ta de perseverantia Sanctorum ex Epistola Beati Pauli ad Hebaros.

Acrius quoque hoc anno scriptum contra Iohannem Bogermannum edidit Casparus Barlaeus Collegij Theologici apud Leyden-ses subregens, hoc titulo:

9 Casparis Barlaei Bogermannus Examen Epistolæ dedicat orie quam suis adpi-tatem illustrium Ordinum Holl. & Vvestfrisiensi-
tis præfixit Ioannes Bogermānus Ecclesiastes Leo-uardiensis. In quo etiam crimina à Mattheo Sla-do impacta Erasmo Roterodamo diluuntur.

Lugduni Batav.

10 Arminius quoq; licet iam diu sepultus, in-quietatus est scripto quodam, cuius titulus: Thesum D. Iunij de diuina prædestinatione ab i-pso anno 1593. positarum vera repetitio; & eorū quæ ad easdem D. Arminius breuiter annotauit, in ijsq; (vt inquir desiderauit, compendiaria obser-
uat: o data à Cornelio Dungano Ad Ill. Nobiliss. Spectatissimosq; Dominos deputatos Vtraiectina
principia Ordines.

Amstelredami.

Quieuerat iam etiam annis aliquot, Hol-landiæ Ordinum scilicet decreto tectus Io-annis Uttenbogardi Tractatus de officio

Christia-

II.

Christiani Magistratus in Ecclesiasticis negotijs. Hic nunc ex Zelandia antagonistam accepit Antonium Waleum ministrum Medioburgensem, edito libro cuius titulus: *Officium Ministrorum Ecclesiae simulq; authoritas & cura qua summo Magistratu *in illos competat.**

Medioburgi.

12

Vorstius hoc anno contra Matthæi Sladi Disceptationis partes duas, duos item libros emisit. In quibus suam *de vera Dei Immenitate, Infinitate, Immutabilitate, Simplicitate sententiam ab improbis Sladi calumnijs, conuijjs & Sophismatibus vindicat &c.*

Goudæ.

13

Quid inter hæc Vincentius Drilburgh se teste *et odidoxos?* An definit prophetare? Ecce tibi ab illo emissus Amstelredami hoc anno *Christianus Mercurius. Dialogus de eterna Dei prædestinatione Aduersus Remonstrantes, & Pastores Ultraiectinos simulq; contra pontificios.*

Alia item quædam spiritu suo digna contra Catholicos hoc & sequenti anno literis & picturis eructauit.

Anno 1616. cum iam multis in ciuitatibus, 1616
sed præsertim Amstelredami à prædicantibus exacerbati ciues Ordinum Moderationi locum dare recusarent, nullusque pene se à disputationibus tam verbis quam scriptis acrioribus, temperaret; Ordines Hollandiæ & VVestfrixiæ Hugonem Grotium ad Amstelredamenses allegarunt. Qui 24. Aprilis

I 5

in

in senatu, semihoræ circiter spatio perorans, Ordinum nomine petijt, vt Magistratus pro Ecclesiarum pace & bono communi, non expectata Synodo, vigentes fidei controværias vñà cū Ordinibus tractare, decernere & decreta executioni mandare vellet. Verum negatum id est Ordinibus, relatumque ipsis Senatus-consultum, quo Consules & Senatori ciuitatis Amstelredamensis declarant se cogitare religionem Christianam defendere, cuius iam vltra 50. annos exercitium in istis regionibus fuerit; iudicare quoq; mutationes istius religionis absq; legitima Synodo vel minimâ, suæ Reip. noxiâ fore &c. Vide *Smoniū contra Nicolaū Greuinchouiuū, post prefationē*.

Scripta hoc & sequenti anno, eaque odiis plusquam vatinianis vt plurimū refertissima, tot sunt edita, vt colligere ea aut numerare omnia, ne dum legere, vix quisquam sufficiat. Præcipua huius anni quantum quidem mihi constat, sunt hæc sequentia.

I *De Tolerātia mutuata Ministris quā populi, nō obstantibus diuersis in doctrina sententijs, cum charitate obseruāda. Contra Iacobi Triglādy (imperito nominatū) Recte moderatū Christianum. Authore Iacobo Taurino Ultraiectensis Ecclesia Ministero.*

Vltraiecti
Diuisus est tractatus iste in duas partes. In quarum priori ostendere Author nititur Triglandij cæterorumque *Contra-Remonstrantium*

Strantium Intolerantiam è diametro pugnare, cum sententia Serenissimi Regis Angliae, D. D. Calvini, Parei, Vvithakeri, Perkinsi, Junij; cum Ecclesiis Gallicana & Palatina, cum Synodo Hollandiae &c. Quorum multos contendit ita contrarijs sententijs dissidere, ut iuxta Triglandij opinionem debeant pro damnatis & gehennæ incendio subiectis haberi. In posteriori parte, Remonstrantium sententiam in quinque vulgaris articulis longè tolerabiliorem esse quā Contra-Remonstrantiū, defendit, nō tamen tantū esse discriminē, quin partes sese mutuò tolerare in eadē Ecclesia valeant.

Verum contra hanc Taurini tolerātiā mox, altera etiam parte nedum editā, insurrexerunt pro Triglandio, iam contra Vtenbogardū occupato, defensores duo pluresue. Nam prodijt primo Amstelredami *Proba seu Exemplar Mutuæ toleratiā 10is Vtenbogartij & Iacobi Taurini. Hoc est, Index variarū felle & amaritudine repletarū, inconuenientiumq; calumniarum quibus doctrinam Ecclesie & probos eius Ministros turpiter traducunt. Desumptus ex eorum scriptis quorum impromeriti sunt tituli, vnius, Defensio Resolutionis; alterius, Mutua tolerantia. &c.*

Hunc Indicē secutus videtur alius liber, cuius titulus est: *Defensio Recte moderati Christiani à Iacobo Trigladio concinnati. contra fucatā Iacobi Taurini mutuam toleratiā & intricatum eius super ea librum Per fidem quendam verbi Divini Ministrum.*

Amstelredami,

Taurinus quoque contra rumores de nimia sua acrimonia pullulantes, Pressorem edit declarationem quarundam pbrasum in priori sua parte usurpatarum. Ad Magistratum Amstelredamensem.

Vbi conqueritur librū suū (licet cum consensu Ordinum Vltraiectensium editum) eodem Magistratu ciuibus esse prohibitum. Qua occasione refert mendacia, calumnias & perfidas contumelias, quas non ipse solum & Ioannes Vtenbogardus cæterique Remonstrantes, sed etiam Vtraiectinæ ciuitatis Rectores tam à prædicantibus Amstelredamensis in eorū cōcionibus, præsertim à Placio, quam à Vincentio Drielenborgh in canticis, rhytmis & libellis eius varijs perpessi iam dum sint: Ut ita ostendat, non adeo mirandum esse si paulo acrius contra eos processerit.

Emiserat idem ille Drielenborgh in fine superioris anni (hoc quoq; anno iterum impressum) Breue examen & sententiam Ioanni Vtenbogardi super tractatu quodam cuius titulus est: Defensio Resolutionis præpotentium Dominorum Statuum &c.

Notauerat in eodem Examine quasdam graves (ut loquitur) blasphemias & accusationes ex supradicto Vtenbogardi tractatu desumptas.

Secuta deinde est Necessaria defensio Ioannis Vtenbogardi. contralibellum grauium blasphemiarum & accusationum, &c. Sed hic Vtenbogardus

gardus de stercore fætidi & putidi loci secreti, id est, cordis sui (ut postea Drielenburgh se explicat) & similibus phrasibus, adeoque cum stercore, scilicet cum Vincentio Drielenburgh, certans, siue victor siue vicitus, maculatus est. Nam aliquantò post editus est Amstelredami; *Progressio & Exhibitio Ultraiectini Martyris Ioannis Vtenbogardi.* Qui, postquam Examen eius & consequens inde sententia breuiter es- sent proposita, in theatrum Orbis terrarum pro- gressus est perfictus à fronte, cui pertinaciter insculpta est superscriptio peruersæ ipsius Necessariæ de- fensionis super graues blasphemias & accusationes, quas contra Dei Ecclesiam admisit; quorum indi- cem ipse libellū nominat, ferens sua super pectus suū priuilegia. Per Vincentium à Drielenburgh membrū Ecclesie Dei, propter testimoniuū Iesu Christi proscri- ptū ex ciuitate, yrbibus & ditionibus Ultraiectinis.

Appellauerat Vincentium Vtenbogardus in sua defensione, præsumptum seu putatitiū Ultraiectinū Martyrem. Male hoc habebat hominē, qui nō putatitius, sed verus; nec Ultraiectinus, sed diuinus seu cælestis voluit di- uinæ veritatis Martyr seu testis appellari. Ideo istud, tanquam probrosum, nomen in authore suū regessit, eumque ita Ultraiectini martyris personam facit sustinere, vt ipse interim maledici morionis dextrè sustineat.

Post has velitationes in Julio Iacobus Triglandius librum edidit, quem intitulauit.

Defensionem doctrinae & honoris Reformatæ Ec-

clesiae

clesia cōtra varias blasphemias presertim Ioānus Vtenbogardi. In quo eū de Sophisticis amphibolijs, & violenter tortis expositionib. & imprimis, de testimonijs quorundam Doctori malā fide citatis redarguit. Accusauerat Vtē bogardus Contra Remonstrantes, duritiae in obedientiæ & seditionis, vt qui decretis Ordinū nullatenus vellēt acquiescere. Trigladius ex aduerso Remonstrantes de fraudulentia pacis simulatione, vt nimirū sub illo prætertu, sectam suam stabiliant, arguit: Se ait falsa consciētiā intermittere non posse, quin cōtra falsam Remonstrantium doctrinam veritatem patrocinium præstet. Tractat latè de Predestinatione & Reprobatione, de vocatione externa reproborum, de prouidentia Dei in malis, & necessitatione ad peccādum, de naturæ lapsæ, de gratia efficaci, de persecutio ratiā Sanctorū, & salutis certitudine; denique de antiquitate istius sive doctrinæ, & quando in Ecclesia doceri debeat. Respōdit paulo post Ioannes Vtenbogardus, *Clara sui inflac tione* defendens ea loca in quorum citatione malæ fidei à Triglandio insimulatus fuisse rat.

Probatque multos esse inter Calvinistos qui cum magistro suo Caluino Deum reue statuunt peccati esse authorem, eumque ab initio necessitare homines ad peccandum. Contra hunc quoque librum Triglandius post odi

odem hoc anno, alium opposuit, cum hoc titulo: *Clara Demonstratio, qualiter Iohannes Vtenbogardus nullatenus se purget in sua nominata Clara Iustificatione &c. tractas prasertim de Necessitate ad peccata, deque Tolerantia mutua.*

Hunc iterum secutus est alius libellus, cuius auctor Gemmarium se nominat ciuitatis D. Matersalem (id est, per anagrammatismum Amstelredam,) puerum se dicit octennem (Odo enim iam anni elapsi erant à regeneratione Vincenty Drielendurgh) eundem qui lapidem philosophicum, spiritualem, generalem & specialem pridem inuenerat. Hoc est qui tragicam Babylonis comediam, scurrili prorsus & venenosissimo scripto contra Romanum Pontificem, Catholicam Ecclesiam vniuersam, & potentissimos Christiani orbis Principes egregie blasphemus emiserat: ibi enim huiusmodi finxit lapidem suggestente aut (ut ipse hic fatetur) demonstrante illo cuius solius is est proprius. Quis ille? ἐναλέμων διάβολος. Qui dicitur calypsoes 12. versu nono, qui cum mendaciū loquitur, ex proprijs loquitur Ioannis 8. versu 44. Is ergo Idem auctor ingenti confidentiâ, huc quem dixi libellum contra Ioannem Vtenbogardum dedit cum hoc titulo: *Spiritualis capana pulsus super dupli propositione facta praecipue ad Ioannem Vtenbogardū, eiusq; præcipuos commilitones, ad sanctores quoq; eorum ac defensores*

Ioānū
Inphibo-
ib. & im-
Doctori-
rat Vt-
ritia, in
retis
Triglād
udulent
o præter
e ait salu
uin cōtri
n veritat
e Præde
ocatione
ia Dei in
, de fide
persecu
e; deni
& quon
dit pa
ui usq;
n citatio
atus su
iluini
m reue
que ab
um. C
s pōst
ode

sores ceterosque omnes Ecclesia Dei aduersarii
quo fundamentaliter & aperte demonstratur, om-
nes illos nec Deum nec Christum nosse, neque illa
habere bona opera quae Deo in Christo sint accep-
ta. Et infra sic: *cum priuilegio Actuum Apostoli-*
corum cap. 4. versu 19. & cap. 5. versu 29. (vbi da-
tur nobis priuilegium Deo magis obedien-
dum esse quam hominibus) Atque ut lectori
suam de victoria fiduciam ostentet, quasi de-
re bene gesta epinicum pro tessera libello
præfixit: **ALLEGRIA.** In hoc libello pos-
famosum in Ioannem Vtenbogardum proce-
mum, arguit ex multis Scripturæ testimoni-
is, Deum omnia operari in omnibus, opera-
tiones etiam homicidarum & adulterorum;
esse tamen omnia que Deus facit valde bona,
multa autem hominū opera detestanda esse
& mala coram Deo. Tandem prouocat om-
nes qui contra ista asserere quid voluerint;
Confessionem Belgicam & Catechismum
Heidelbergensem sacræ Scripturæ confor-
mia esse & per spiritum Sanctum scriptori-
bus inspirata, tueri se ex Dei verbo velle re-
cipit. Epilogi vice: *vniquisque (inquit) hisce*
sit premonitus, ne vel Ioannem Vtenbogardum, vi-
sententia eius adharentes tanquam Christiani E-
uangelij Doctores audierit, quam diu quidem in opini-
ione sua persistunt. Ipsi enim (ut patet ex menda-
cibus eorum concionibus & libris, intra septem
præsertim aut octo abhinc annos auditi) & risus
per-

uerè iustificatē fidem nec confitentur nec habent
atque adeo neque Deum, neque Iesum Christum
Dominum ac Saluatorem nostrum nōrunt, &c.

Emisit iterum iste Vincentius hoc anno
Christianum Mercurium, duas ferentem epistles,
quas ipse in suæ regenerationis principio
anno scilicet 1608 ad Arminium & Vten-
bogardum, tanquam ad veros Euāgelij præ-
cones, dederat. In quibus quia nimium visus
est eos tunc commendasse, in quos nunc ita
debacchatur, commentarios iis attexuit qui-
bus laudes eorum in alium quām verba so-
nant, sensum torquet.

In summa triūphare videbatur & vincere
noster Vincentius, in calumniandi & contē-
tioso scribendi genere, omnes simul Remon-
strantes; donec simplici & apertâ veritate in
certamen prodeint; non nihil confusus, de
spiritu suo visus est non parum remittere.
Prodiit enim circa idē tempus

Clara declaratio conditionis Vincentij à Dries-
lengborgh ex ipsius met scriptis. Ex qua videre est
quam verum sit, quod ipse supernis & cœlestibus
inspirationibus & apocalypsibus à Deo sit donatus,
ac propter testimonium Iesu Christi proscriptus, per
H. Pagium S. Theologiae studiosum.

Leydæ.

Examinat hic author modestè & patien-
ter omnia quæ de se glorioſissimè Vincenti-
us iactare solebat, ac solide satis refutat fin-

K

gub

gula Malam quoque Vincentij fidem in quibusdam apertè demonstrat. Quare Vincentius in hoc certaminis genere non versatus, utpote in quo obiectū exercendæ suę vesanię non reperiret, mox Dialogū emittit inter Fridericū & Theodorum de quibusdam scriptis Vincentij Driengburch contra Ioannem Vtenbogaert &c. Vbi multa quæ contra Ioannē Vtenbogardum & cæteros Remōstrantes ad speciem contumeliosissimè & mendacissimè scripsérat, in mitiorem sensum trahit & modius explicat. Prædictum tamen H. Pagiū tanquam Vtenbogardi pedissequum, quasi contemptim, nonnihil fugillat, tanquā cui non sit operæ pretium respondere. Ita hunc aduersarium declinauit.

15 Edidit quoque circa hæc tempora Ioannes Vtenbogardus Epistolam quandam (quæ vocat Auream) Martini Buceri in qua doctrina quis sit hereticus, & quousque Christiana communicatio cum dissidentibus seruanda sit. Cui p̄fatione ad Magistratum Hagensem.

16 Huius Epistolæ mox oppositæ sunt Tres Epistolæ Aureæ Ioannis Vtenbogardi. Quibus quandam amatores aliquos Euangelice veritatis membra Ecclesiæ Christi Ultraiectina ad constantiam suscepit doctrinæ communis ordinatio hortatus fuit &c.

17 Ordinatum quoque est Antidotum, contumeliosum Ioannis Vtenbogardi pharmachii quæ

quod Moderatio dicitur. Per Galenum Philale-

tium.

Nondum hoc anno satis defensus videba-
tur Sibrandus Lubberti. Quare Franciæ in
Frisia edita est, Godefredi Sopingij Apologetica
Responsio ad libellum anonymum qui vocatur Bonâ
fides Sibrandi Lubberti. & ad Hugonis Grotij pie-
tatem. Summam libri Author hanc ponit:

1. Absterguntur multæ calumniae falso Clarissimo
illi viro Sibrando Luberto impactæ. 2. Articuli
quinque in Hollandia controuersi ex Philippo Me-
lanthonie & Pariibus excutiuntur, Quorum etiâ
lyca à Grotio in Pietate sua allegata, à corrupte-
lis vindicatur 3. Ordo Ecclesiistarum Belgicarum
contra Grotium & alios confirmatur.

Contra Huc authorem & alios plus satis ho-
stiles prodijt Caspari Barlai Subregentis in
Collegio Theologico Leydæ, Dissertatiuncu-
la; in qua aliquot Patriæ Theologorum & Eccle-
siastarum male sana consilia & studia iusta oratio-
nis libertate reprehenduntur. Ait pag. 4. esse in
Belgij isto tractu viros predicatorij ordinis,
vocales plus satis, qui ad scribendos salutiferos li-
bro: inepti, ad predicandā Christi sapientiā elin-
guēs, tamen ad obtremendum cum Magistratibus
et dissidentibus circa res religionis symmystis di-
serti sunt & copiosi Pag. 5. addit: si tempora aliquot
Hollandæ per agrare libeat, Theolog. quæ plurimos in
spermologos, cōcionatores, in cōuictatores, pacis præ-
tones, in factionum principes & schismatis facinudi

18

19

ebis

ebuccinatores trāsformatos mirabere, nec tam
formatæ amplius quam pessimis aliquorum
ribus deformatae religionis antistites esse iurabi-
&c.

Translatus est postmodum hic libellus in
Belgicum idioma: atque ita aptior redditu
quem Vincentius Drielenburch exagitaret.
20 Quare is contra illum in fine huius anni
spiritualem emisit equitem &c. In quo suo mo-
re sibi placet. Atq; in fine frigida captata oc-
casione, omnium ferè à se scriptorum catalo-
gum recenset.

Pro Contra-Remonstrantium inobedi-
tia circa moderationē ab Ordinib. ipsiis pre-
scriptam, defendenda, editus quoq; Amstel-
redami est libellus *Eusebij Montani*, de autho-
ritate Magistratus. Vbi defenditur, licet
inferiori magistratui, pro defendenda auita re-
ligione, superiori eam turbare volenti re-
stere &c.

21 Ibidem formatus ab aliquo prodij statu
principiarum quæstionum & controversiarum in
inter Remonstrantes & Cōtra-Remonstrantes vi-
geutium. Sed nō placuit Remōstrantibus istu
quæstionum computatio. Quare mox Hag-
emissa est *Cautela contra malitiosum & falso*
scriptum nunc recenter Amstelredami editū cō-
titulo *status principiarum quest. &c.*

22 Amstelredami quoq; iterum explicatum
est caput nonum Epistolæ ad Romanos. per Theodo-
rum Scabalie. Leyda

Leydæ edita Richardi Thomsonis Angli Diatribæ de Ammissione & intercione Gratia & Iustificationis. Vbi acriter Remonstratiū sententia defenditur.

25

26

27

Harderuici, Tapeinophrosynes Dialogi duo pro Caluini de prædestinatione sententia, per Ioannem Yrbanum pastorem Hattemensem. Contra hunc Goudæ impressa est Temeritas recalcitrans siue dialogus inter sanam Rationem & stultam Temeritatem. Per Marcum Gualterum Schola Campensis Rectorem.

Hoc eodem Anno Gaudanus quidam cōcionator H. Herberts dictus, pro causa Remonstrantiū breuem & claram demonstratiōnē edidit ; qui libellus tā fuit audē distractus, vt intra quatuor mensium spatium iterū fuerit incusus. In prologo vtile probat de prædestinatione disputationē, modo absque schismate perāgatur, sicut factū inter primos Reformationis auctores, & sicut modo fit, inquit, inter Papistas, præsertim cum isthac controvērsia, in nullo vñquā Concilio, imo nec in Catechismo aut Confessione satis sit decisa; itaq; male eos agere, qui sub interminatione schismatis, aut necessitate salutis alterā partē vrgent: antiquitatem sententiæ suæ ad Apostolorū usq; tempora deriuat, Lutherum & Melanthone licet nō in iuuenili calore, quo rapti aliquādo excesserint; saltē in matura ætate sibi consensisse. Denique decisionem alicuius Con-

K 3

ciliij

Cilijs se quidem ait non subterfugere, nam tamen eidem multum confidere, tum quia optima quæque Concilia excepto Apostolorum, in quibusdā errauerint; tū quia plura Concilia fuere simpliciter mala quā bona. Itaque iuxta Confessionis Belgicæ articuli septimum, scripturam solam statuendam esse regulam omnium: ita nimirū ut ea reformet Concilia, antiquitates, cōsuetudines, multitudinem, sapientiā ac iudicia hominum. Tractatus eius quatuor constat capitibus, Sacrae Scripturæ testimonijs confertissimis, quibus primò probare nititur, Deum saluare vel omnes, sed sub conditione si credant, & sub adēm conditione saluandos predestinasse; teros ob infidelitatem reprobasse. Secundò Christum esse mortuū pro omnibus etiam reprobis ita ut nemo salutem cōsequatur, nisi credit. Tertiò, neminem esse Deo acceptum, per gratiam præuenientem, concomitantem & subsequentem; hanc tamen gratiam non tā operari quin homo eidem possit dissentire; hoc autem fieri in peccatoribus, quibus sufficientem Deus gratiam offerat. Quanto iustos posse à gratia excidere atque adeo lūtem perdere: idque sāpe esse factum.

Harderuici quoque hoc anno Tractatus prodidit de iuribus Ecclesiæ Christi, & Magistratus Ecclesiasticis contra Ioannem Vtenbogartum. G.c.pgr Ellardū à Mehen Ministrū Harderuici

Cir

Circa finem eiusdē anni V Vilhelmus quia
dā Teelingius Concionator Medioburgen-
sis in Zelandia librum iustæ magnitudinis
in quarto, idiomate etiā Belgico, emisit, quē
Eubulum nuncupauit: tractatque in eo de di-
uersis considerationibus super præsenti sta-
tu Christianæ suæ & suorū Ecclesiæ; simul
que fidelem conatur tradere instructionem,
iuxta quam obortæ inter suos difficultates
componi optimè possint. Huic & authori &
libro Remonstrantes Leydenfes (licet in ijs,
quas narramus, dissidijs, aduersarij) in citata
sæpe Epistola sua ad Pastores externos, pag.
52. huiusmodi dant testimonium: *Hac* (est)
Sententia *V Vilhelmi* *Teelingij* *Ecclesiastæ* *Medio-*
burgensis, quo non alium aut eruditione aut pie-
tate priorem habet classis *V Valachriana*. Is nu-
pero scripto, in quo multa eruditè & piè propa-
ce Ecclesiarum differit, sex fidei capita esse docuit,
&c. Summa libri hæc est. Causam tanti mali
esse peccata, quia scilicet primam charitatem
reliquerint, quod ita se habere ostendit capi-
te nono acerbe & recensens & redarguens
publica quam plurima vitia. Ideoq; primum
generale pacis & concordiæ restaurandæ re-
medium dicit esse morum in republica eme-
dationem: Tum quomodo ea commodi si-
mè institui & possit & debeat, edocet Totius
reformationis vnicā normam & regulā ad-
hibendam esse scripturam sacrā. Idecirco ne-

minem debere vel suo cerebro aut inuentis proprijs, vel patribus, vel hominum decretis locum aliquem in hac reformatione concedere. Dein particulare remedium trimembre præscribit, conuictionem veritatis in articulis fidei cōtrouersis, persuasionē charitatis in mutua tolerantia, corporalē coactionē, per auctoritatē Magistratus, aduersus pertinaces. Primū dicit esse ex scripturis solis possibile, saltē in præcipuis articulis ad salutē necessarijs. Sicubi autē deficit hæc scripturæ claritas, ibi adhibendum esse secundum remedium, quamdiu illud prodesse Ecclesiæ potest: non tamen tolerantiam aliquorum dogmatum surpandam, nisi communi totius Ecclesiæ consensu; ideo, vt de eo constet, synodum nationalem esse necessariam. Ad tertium suo tempore & loco adhibendum. Magistratum teneri; per illud non cogi conscientias, sed utile esse quibusdam vt cogātur ad media per quæ possit eorū voluntas iuclinari ad veritatē. Ecclesiam item posse contra Magistratus voluntatem spiritualibus clauium armis veritatem propugnare. Magistratū vero, sicut nec quæquam aliū, teneri Ecclesiæ iudicium recipere nisi, post diligens examen, illud sacræ scripturæ consonum esse iudicauerit. Tractat res uera hæc latissimè & quantum reformationis fundamenta sinunt exactissimè neq; quas ob eorundem fundamentorum debilitatem patiatur

tiatur angustias, ita ut alij solent, dissimulat. Attamē, quid præconceptum contra veritatis defensores valeat ad cæcitatem odium, suo ipse exemplo nō obscurus testis est, ubi cunque contra Ecclesiæ Catholicæ veritatē conatur frustra, ut suo nos infra loco videbimus. Cum illo euim ob materiæ quā tractamus similitudinē, pro rimanda veritate præceteris nobis erit consultādū. Det ipsi Deus od̄um abijcere & veritatem querere,

Eodē anno typis expressa est tabula quædam, in qua, prolatis testimonijs ex Caluino, Beza ac præcipuis Contra-Remonstrantium antesignanis, oppositisque in contrarium S. Scripturæ testimonijs, ostenditur Contra-Remonstrantes contra verbum Dei, tria isthæc ab ordinibus yetita puncta vere profiteri ac credere, scilicet *Deum quosdam homines creare ad damnationem, necessitate eosdem ad peccandum impellere, inuitare quoque ad salutem eos quibus tamen eum nolle dare omnino decreuit.* Subiecta erat tandem Turcarū seu Mahometanorum circa eadem puncta Contra-Remonstrantibus consentiens opinio ex Azoara 24. & 26. Alcorani, & ex Mahomet in libro Boari capite quarto. Non dissimilem praxin iniere Contra-Remonstrantes. Nam ex Arminio, Venatore, Vorstio doctrinam S. Scripturæ testimonijs oppositam patentibus pli-
catisque tabulis disperserunt negari: scilicet

K 5 ab eis

ab eis peccatum originale, impotentiam hominis ad bonum post lapsum, imputatiū iustitiam, perseverantiae certitudinem &c. Notat insuper à Remonstrantibus mala fides Caluini eiusque asseclarum sententias in ipsorum tabula citatas fuisse, ingratitudinem ipsis erga primos suæ reformationis parentes ac libertatis vindices, improperant Turcarum citatam in tabula doctrinam in ipsorum redundare ignominiam, ut qui vel à Turcis in veritatis cognitione superantur, Hanc dein tanquam confessam Turcarum & Contra-Remonstrantiū ~~modiciorum~~ Remonstrantes in causæ suæ patrocinium denuo annotarunt.

Certatum denique est aduersarijs scriptis de concione quadam, quam vehementiorem & ad causandum schisma comparatam habuit Festus Homnius Leydæ in templo Sancti Petri, Octobris 16. Drielenborch quoque rythmos aliquot idiomate vulgari, sed stylo proprio, commentus est contra Taurinum sub emblemate Reineri vulpeculæ &c. Pro quibus etiam simile recepit laboris præmiū *Ab Equo missus Ad Asinum* &c. Vnum latinum carmen sic habet;

*In Vincentium A Drielenburch, nequitia omnis
& spuria colluici ex urbe & ditione Ultrais-
sina pro merito scriptum.*

Vincenti, sapiens tibi videris,

Non

Non es, crede mihi: Quid ergo? Stultus,
 Nugator stolidus, Calumnias, gr
 Insulsus, nihil intuis amoeni
 Scriptis, ingenij, salisue docti,
 Nil quod eruditat, nihil quod ulli
 Prudentum placeat; proacitatem
 Nostros insipida, calumniis q,
 Demens persequeris: profecto miror
 Quis Dæmon, Furiae qua replerine
 Hæc te sparcit a, malo atque peste. &c.

Deinde subiungitur hoc anagramma.

VINCENTIVS A DRIELENBORCH.
 EN HIC TURBO DELIRANS VNICE,

Et quia fortasse pluriſ facit Vincentius ſuum barbarum Paterradeo; ob numerū 666. ideo fuit qui ei in honorē excogitauit hunc titulum: VINCent VAN Dr VLenborch. Alius preſſius iſum deſignans Cucullum confeſit iſcriptum hoc ſymbolo: DrleLenbVrch paVs Van aLLe ſotten, id eſt, papa omnium ſtultorum. Vel breuius latinè redi potest, DrleLenbVrch pLanè ſtVLtVs.

ANNO 1617. Cum iam ſat verborum in componēdis diſſidijs videbatur, ad verbera deueniendum Amſtelredamenſibus viſum eſt. Causa tumultus eiusque euentus epiſtolis quibusdam familiaribus vulgari ac Latino idiomate emiſſis, iſta refertur: Cum Uvalones quidam qui cum Remonstranti- bus ſentiunt, in vrbe per aliquot dięs Domini- niq[ue]

nicos seorsim conuentus suos habuissent,
sine ullo Senatus interdicto: ciues quidam
indigenæ sibi nihil minus permittendum ra-
tiè vicinia Leydensi concionatorem quen-
dam accersuerunt. Hic quinto Februarij
circiter trecentorum auditorum frequentia
primam concionem habuit; quibus etiam nō
nulli ex aduersarijs exploratores se adiunxe-
rant. Postridie Remonstrantes alium locum
(vt sufficiens esset auditoribus spacium) mil-
le quingentorum hominū capacem conda-
xerunt: illū parandum subsellijs & suggesto
instruēdum curarunt. Rumore diuulgato de
conducta tam ampla apotheca, in qua iuxta
Remonstrantium doctrinam conciones erit
habendæ; Zelotæ quidam seditiones quasdam
ac cædem spirantes scendas per urbem dis-
minarunt, ac passim columnis bursæ (locus is
est mercatorum conuentui destinatus) tem-
plorum valuis, pontibus & alijs locis affixe-
runt: quarum prima vndeclimo Februarij af-
fixa sic habebat. Si cui est animus sacrilegos
falsatores verbi Diuini exterminare die Do-
minico hora semioctauo in bursa se sistat. Ni
hilo minus Remonstrantes die sequenti ad
secundam concionem maiori frequentia co-
uenere ad mille ducentos, vt fertur. Concio-
nator exposuit primū pluribus, se non ve-
nisse eò sua sponte, sed accitu & rogatu mul-
torum honestissimorum ciuium, qui diceret
con-

conscientiarum suarum adificationi minime facere dogmata quædam quæ Amstelredami in publicis Ecclesijs contentiosissimè virgerentur & tanquam ad salutem necessaria magna verborum acerbitate populo inculcarentur. Deinde concione prope ad finem perducta surrexit Anglus quidam qui prope suggestum Ecclesiasticum sedebat, & erectus in pedes, sublata voce, in hæc verba prorupit: *Audite Domini, audite: An aliter docetur in templo veteri & novo, ubi Ecclesiastæ nostri Plancius, Triglandius, Hallius & ceteri concionantur?* Respōdebat promiscuè vna voce populus: *imo vero, imo vero*, paucis iterum aduersarijs reclamantibus & negantibus. Iam ante pueri foris stantes lapidibus vitreas domus fenestras petere cœperant; mox tantus fiebat aduersariorum concursus, ut se mouendi vix cuiquam facultas daretur, clamores tollebantur intus & foris quibus etiam ad Remonstrantes occidentos se mutuo hortabantur, clausa deforis ianua ne quis effugeret. Sed Remonstrantium ingens multitudo ingressos aduersarios deterruit, donec perruptis vi foribus, cum sanguinis & risu circumstantium ægrè se quisque in tutum reciperet. Concionator egressus, tametsi honestioribus quibusdam ciuibus cinctus, luto cōspersus est & scopis madefactus, facie conspurcata. Tandem & lapidibus impetuus cum suis stipatoribus fugam arripuit.

Ipse

Ipse in domum quampiā ingressus se occulabat. Herus domus vnius ex Scabinis gener eductis etiam cultris cum famulis suis ægre tumultuantē turbam dōmo prohibuit. Dein aduersus locum vbi cōcio habita erat, hostiis mouetur expeditio, ruptis ablatisque omnibus tanquam in prædam datis, adeo ut à meridie etiam imbrices è tecto déiçere cōperint, tanquam solo domū æquaturi, ni Magistratus auctoritate progressus fuisset interruptus. Deinde per septimanam sequentem affixis quibusdam progrāmatibus, ad maiora audenda sunt incitati. Die decimo nono Februarij, id est, sequenti Dominica, hora circa octaua matutina, congregati sunt in bussi quadringēti vel quingēti zelotæ, qui plateas omnes percurrentes horrendū clamitabant
Vbi nunc sunt Arminani? Quorundam Remo strantiū vitreis ædiū fenestrīs cōfractis: vnu dictum Adrianū Antonij lapidū iectu tollere de medio statuerat, qui in aliā domū cōfugies eius etiā specularia vitrea persequētiū furor ea fecit. Inde in domum Remi Episcopij irruentes, post excūsa saxis specularia, ianuas & fenestras perfregerūt, domū totā diripiuerunt, pecuniam, vestes & quicquid fere erat in domo portatile, rapuerunt. Prætores eō se conferebant ad tumultum sedādum, sed frustra. Timor erat ne urbem totā direptio ista peruaderet. Damnum Remo illatum extimatue

matur duodecim vel octodecim florenorū
millibus. Ad 4. vel 5000. hominum ē pro-
qinquo otiosē hæc spectabant. Tandem hora
prima direptione peracta; cum iam tecto de-
moliendo & domui solo æquandæ admotæ
essent manus, venit eō magistratus cum duo-
bus militum signis & raptores compescuit. A
ciue Amstelred. viro cordato & honestissi-
mo intellexi vnum ex ipsis direptoribus præ
ceteris zelosū opificio scriniarū à Magistra-
tu apprehensum ac examinatum de causa tā-
tx violentiæ in bonoscives, respōdisse: *Quid?*
Impij isti nebulones, cum Deum dicant peccati
authorem, eumque homines, nulla culpa ratione
habita, ad infernum detrudere, dignisunt qui igni-
bus exurantur: Ita miser causam tot iam an-
nis tam acriter disputatam etiam-num igno-
rans, in hostibus amicos expugnabat. Porro
præfatis literis annexa est dissertatiūcula, in-
iuriā in hoc tumultu Remōstrantibus illa-
tam acriter prosequens, contra quam aliquā-
tò post aliis responcionem edidit, qui & in-
uasionis dicte atrocitatē extenuat, & differ-
entiunculae istius authorē seditionis arguit,
invectusque in Remonstrantes varia particu-
larium inter eos personarū vītia ijsdem im-
properat, vt de Iohanne Vtēbogart, quod ex
altari per captatum Magistratus fauorem ex-
quirat, atque ita Ecclesiam in extremam mi-
seriam coniiciat: quod Remonstrantium ali-
quis

quis in ludibrium Contra-Remonstrantium cani suo nomen *Slyckeus* id est, *cænogeusim* (quo nomine odiose illi solent compellari) imposuerit, quod inter Remonstrantes inueniatur, qui Dorderaci in catastrophis flagris cæsus & in exilium sit electus; quique Amstelredami ob alia scelera carceri fuerit mancipatus &c. Responsio ad hæc non multò post secuta est hoc titulo: *Brevis ac manifesta denudatio spiritus cuiusdam mendacis qui nuper apparuit, in edita Responsum ad dissertationem tumulatum Amstelredamensis.* Vbi dum prædicta aliaque multa negantur ac refutantur, quinquaginta & quinque mendacia à priori respondentibus brevi libello admissa indigitantur seditionis Spiritus Contra-Remonstrantium proprius esse asseritur, quo concitati non horrea tantum diuersis in locis sed & publica tempora contra expressam Magistratus prohibitionem violenter inuaserint: Nomina tim taxat aliquos Contra-Remonstrantium prædicantes, qui nuptias ante ratum matrimonium exercuerint: De Ioanne Vitæbogart honorifice, de P. Plancio contemptim author loquitur &c.

Dum hæc Amstelredami inchoantur, de cimo quinto scilicet Februarij, Arnhemij à Senatu curiæ Gelriensis, nomine ordinum eiusdem Gelriæ ducatus; decretū est editum, quo prædicantes Neomagenses, Tielenes & Bonmelij

melij/ qui iam dudum Remōstrantium partibus fauebant) iubebantur intra bimestre spatiū statum suē cum alijs ministris controuersiæ eidem Senatui breuiter explicare, addere quoque sententiam suam, num fūdamentum antiquæ Apostolicæ Christianæ religionis in istam controuersiam traheretur: Quod si nō; excogitarēt, an & quomodo vtriusque partis sententia cum Ecclesiarū pace seruari ac defendi possit & debeat. Vetabantur item quicquā siuē directē, siuē indirectē, scribere aut dicere tam priuatim quām publicē quod quoctunque modo à recepta semel reformata doctrina discordaret. Præcipiebatur quoque, ne quis in posterum minister Ecclesiæ eligeretur; nisi iuxta præscriptū Geldriēsis Synodi habirē Anno 1612. vbi articulo vigezimo (qui cum alijs duobus huic decreto subiungitur) hæc formula profitedæ fidei initiandis ministris præscribitur: *Nos infra scripti verbi Diuini ministri hisce declaramus sincerè & bona coram Deo conscientia, fateri nos ac sentire, in confessione ac Catechismo reformatarum Belgij Ecclesiarum contentā doctrinā pro ut ea ante hac vnanimiter in hac Ecclesia prædicata fuit, in omnibus cū S. Scriptura ac Dei verbo conuenire, simulq; promittimus, nos eandem doctrinam tum publicē tum priuatim pro viribus defensuros ac docturos, omnesq; errores eidem repugnantes rejecturos ac propulsuros &c.*

L

Demum

Demū cauebatur eodem decreto ne quis
quam vtriusuis partis ministrorum, vllos fa-
mosos libellos scriptave maledica vel ede-
ret, vel alibi edita inter populum spargere:
ne item odiosis *Remonstrantium, Contra-Remi-*
strantum, Arminianorum &c. nominibus apu-
populum vteretur. Circa idem tempus mi-
nister quidam Thilarus Alardus Frisius
et us delatus est, contra vltimum edicti me-
brum, tabulam congruentiae doctrinæ Con-
tra Remonstrantium ac Turcarum (cuius se-
periori anno meminimus) quibusdam è su-
plebe cōmunicasse. Quare ipse depositione
censuram quorūdam amicorum intercessio-
ne ægrè evadens, iussus est omnia qua dili-
buerat exemplaria colligere ac in curiā trans-
mittere si qui autē tradere exemplaria rense-
rent, eos ad senatū deferre; ipsa quoq; tabula
per sententiam curiæ igni est adiudicata et
publicè cōbusta. Prodiit nō multò post, intri-
scilic. dies quatuordecim libellus authorisa-
nonymi, modestè (vt habet titulus) prædic-
curiæ Geldriensis acta examinās; in quo multi
argumentis author nititur ostendere, istam
Contra-Remonstrantium praxin rectan-
ad papatum denuo reuocādum viam sterni-
re; Nimirū quia de prædestinatione rigoro-
sam adeo tucātur opinionem honori dīni
bonisque moribus contrariam, in qua maxi-
ma ex parte cū inquisitoribus Hispanicis p-
gido

Gidioribusque papistis conueniant; quia opinionem suam nunquam ab vniuersali Ecclesia receptam violenter studeat fidelibus obtrudere atque ita cum Romano Pontifice novos fidei articulos condant. Quod non valentes ex Dei verbo errores suos stabilire, ad humana scripta prouocent, eadem verbo Dei non modo aequiparantes, sed & præferentes, cum illud explicari velint ad istarum formulatum sensum: Quod insuper ministros confessioni ac catechismo adstringant in eo sensu, quo à priuatis quibusdam doctoribus intelliguntur, quo usque papistæ nunquam (ait) peruererunt: Quod se tueantur triginta vel quadraginta annorum præscriptione, quamquam & ea in dubium vocari non temere possit. Quod sententiæ suæ quidquiam cōtradic nullatenus patiantur, magistraliter factis expostulantes an huc usque Ecclesia errauerit, quasi vero reformata Ecclesia subito ad perfectionem deuenerit & exinde errare amplius non possit; quod exitialem regnis doctrinam de puniundis tollendisque hæreticis tam perficta fronte vrgeant ut proclament ex diabolo prouenire quod magistratus in hoc detrectet consentire &c. Dein ea quæ in edicto prædicantibus sunt vetita publicè vel priuatim proponere, ita fugillat: Nunquid igitur predicantes isti de prædestinatione cique cognatis ex sua sententia nec predicare debe-

bunt nec loqui? An ne in priuatis quidem colliquijs nec directe nec indirecte de hac re licebit conferre? Istud equidem quid miri, quid noui est
in hisce partibus &c. De exusta per Magistratus sententiam tabula pluribus tragicè asperque expostulat: ipsamque tabulam suo hoc libello denuo insertam ad vitam reuocat. Denique sententiam contra Alardum Frijſi latam examinat & iniquam fuisse asseuerat, libertatem ipſe ſuam ex Plauto hoc versu comondans: *Qui homo timidus erit in rebus avibus nauci non erit.*

Eodem anno prodijt authoris itidem anonymi libellus Reuelatæ falsitatis malequæ fidei admiffæ in Tabula discrepantia inter Diuini verbi ac Remonstrantium doctrinæ. Primò falso esse ait vllam ibi esse discrepantiam; quod vt ostendat, ipſe doctrinæ Remonstrantium tabulam alijs Scripturæ testimonij conformen proponit. Secundò falſo Remonstrantes nouatores appellari contendit, cum apostolorum doctrinam tueantur reformatæ Christianitati conformem. Contra verò ipſos Contra-Remonstrates in multis punctis verè esse nouatores. Tertiò falſo Remonstrantes, Arminianos aut Vorſtianos appellari. Quartò falſo Remonstrantibus imputari particulares quorundam doctorum opiniones, quas ipſi non magis teneantur defendere, quā Contra-Remonstrantes defendunt in omnibus.

bus Caluinum, Bezam, Zwinglium, Piscatorum &c. nihil itaque se defendere nisi quod e communibus omnium Remonstrantium nomine editis scriptis depromptum est; Ex his etiam multa non recte in tabula fuisse allegata demonstrat; tandemque lectorem ita cōpellat: *Huiusmodi scriptores qualem se tabulisti author exhibet, vnius omnino generis habent formam, ad quam scripta sua fundant, vide licet formam mendacij: hac sua apud illos sponte nulla cum molestia fluitat. Vestri me miseret studiosa probitati pectora quae ab hisce ingenij eorumq; nuncij ita interpellamini, ut intra domesticos vestros parietes ab eorum importunitate egrave vos expediatis. Scripta sua in manus vobis inserunt, velitis, nolitis, oportet legatis, vi vobis obtruduntur. Ni faciatis nigro genio vos terrent.*

Dum ita scruenter vbiique disputatur, vt iam nemo non dispiceret legitimo opus esse iudice qui litem dirimeret pacemque partibus restitueret, prodijt Amstelredami libellus editus hoc titulo: *Cleophas siue Christianus dialogus duorum discipulorum euntium in Emaus in quo tractatur de scopo Ecclesiasticarum controversiarum deq; modo easdem componendi. Author se vocat Irenaeum Philaletiū; credo appellatiuē, id est, pacificum veritatis amatore. Obijcit lectori in frontispicio libri hos ex Propheta Ieremia querulos versus: Quare fa-*

Ibus est dolor noster perpetuus & plaga nostra
 desperabilis renuit curari? Capite decimo quin-
 to, v: decimo octauo. Factus est nobis Dominus scut-
 fons aquarum cuius defecerunt aqua, imo velut
 vir vagus, vt fortis qui non potest saluare. Isaias
 quinquagesimo octauo. v. vndecimo. Iere-
 mia Decimo Quarto: v. Nona. In priori parte ti-
 mere se significat, ne à dissidij huius autho-
 ribus ac fautoribus religio Catholica de-
 nuo introduci intendatur, vel potius ne ad
 Socinianismum negotium vergat. Subindicta
 interim ob bonum status politici ab Ordini-
 bus mutationem illam permitti, ne scilicet
 factiosus populus quieti desuetus de affecta-
 da tyrannide consilia iniret. Inde huiusmodi
 religionis sub bono status subordinationem
 acriter insectatur, nullam ob causam schismu-
 in Ecclesia aut odium seminandum esse aut
 fouendum. & pagina decima mirari se ait, &
 indignè nonnunquā tulisse, quod scandalo-
 sa adeò dissensio ita manifestè grassari per-
 mittatur ab ijs qui potestate authoritatem
 que se habere gloriātur Ecclesiastica negotia
 disponendi, quodque ijs præstetur patroc-
 nium, qui doctrinæ in omnibus reformati-
 Ecclesijs cōmuni suffragio receptæ aduersa-
 rios se p̄ebent, alijs adeò notoriè oppresi,
 vt meliores sint partes erronum pessimorū
 Papistarum scilicet, Mēnonistarum, Koorn-
 bartistarum, Libertinorum, imo & Atheorū

quam

quam istorum. Altera parte pro fundamento conciliandæ pacis dicit vitæ emendationem omnibus, maximè verò prædicatibus esse necessariam, istud vnicum esse hoc malum effugiendi remedium, iuxta illud Ioannis septimi, versu decimo septimo: *si quis voluerit voluntatem Patris mei facere, cognoscet de doctrina hac utrum ex Deo sit.* Hanc pietatem quia Remonstrantes non probantur suscepisse, arguit eos non esse veros reformatores, sed esse nubes sine aqua, quæ multa promittunt & nihil præstant, ideoque omni vento doctrinæ circumferantur &c. eodem prorsus modo quo Catholici solent arguere suos Apostatas in mulierculæ amplexibus cum votifragio reformationem meditantes. Dein etiam suarū partiū ministros totamque cōmunitatē tātæ impietatis arguit, quantum aduersariorum quisquam vix imputare ipsis audeat. *Quanquam in re queso (inquit P. 27. & 28.) h̄i qui veram Christi Religionem profitentur, à perditissimis etiam erronibus qui inter nos degunt, distinguntur, nisi sola lingua, idq; frequenter eo usque dantur, ut inanis proferatur ostentatio reformatorum Christianorum absque omni re ipsa eiusdem declaratione.* Imo ita inter nos agitur tanquam si istud Religionis nostræ esset fundamentum ut viuere pro voto cuiuslibet liceat, dummodo reformati Christiani nomen retineat. Ad aeternam enim nostri ignominia istud contra nos

L 4

testimonia

testimoniū dici potest, securè & absq; molestatione
vivere in Ecclesia nostra fornicarios, idololatri,
adulteros, impudicos fures, auaros, ebrios, maledi-
cos & rapaces. De ceteris verò qui à grauibus his-
ce peccatis se continent, hoc esse verum quod im-
pinguati atque sensu destituti Diuini verbi simu-
lum non sentiant, &c. Demum inde ad finem
vsq; aliud omnium peccatorum maximum
esse contendit, quod adhuc Catholicos non
funditus è regionibus suis Magistratus eice-
rit, quod multi familiaritatem nimiam & co-
mercia cum iis contrahant; quod quidam &
tiam ad eos à suis deficiant. In Romanū Pon-
tificem, S. Petri vtique successorem impo-
tenter insanit. Ideo credo, ne ob hæc suorum
dissidia plures ad veram Ecclesiæ petram
confugiant.

Eiusdem anni mense Augusto concionatot
quidam Dauentriensis Iacobus Reuius refu-
tationem edidit libelli pro Remonstratis
anno superiori ab H. Herbertz editi. Adle-
ctorem probat Remonstrantes esse hæreticos
in multis conciliis & catechismo dñatos, i-
deoque non seruandam cum iis pacem licet
ordines hoc præcipiant, oportere enim Deo
magis quam hominibus obedire: primos re-
formationis authores Caluinum, Lutherum,
Melanth. eadē quæ Contra-Remonstrantes
sensisse. Docet primo capite prædestinatio-
nem non esse ob præuisam fidem; Reproba-
tionem

tionem, prout dicit *non electionem*, etiam ante peccata præuisa, condemnationem autem ad pœnam, nō nisi ob peccatum præuisum statuit. **Capite secundo**, passionem Christi licet ex se esset sufficiens pro omnibus, ex decreto tamen patris nonnisi quibusdam prodesse. **Capite tertio**, Gratiam ita esse efficacem, ut fiat credere infallibiliter. In decursu autem addit eum qui à gratia mouetur non posse nō agere id, ad quod à gratia mouetur. **Capite Quarto**, Iustos, quamquam in grauia peccata ruant, tamen veram fidem & viuificantē spiritū nec totaliter, nec finaliter amittere. Hæc etiam ipse copiosissimè Scripturæ testimoniis probare nititur, & argumenta opposita soluere. In fine Septembris concionatores Campenses quatuor suam edidere professionem quoad hasce controuersias; & sententiam Remonstrantium; quam antiquam veritatem appellant, probant, rejecta Contra-Remonstrantium sententia tanquam falsa & nouitia. Tādem circa anni finem H. Herber-
tus Gaudanus iterum contra Reuium emisit libellum, quo prolixius electionem absolutam denuo è Scripturis impugnat & suam de præuisa fide in prædestinatis vterius confirmat.

Anno eodem emissa est *Epistola Remonstrantium ad externos reformatos Theologos opposita epistola delegatorum classis Vvalachriane ad*

eosdem Theologos prius emissæ , Typis mandata
Lugduni Batavorum apud Ioannem Patium
suratum & ordinarium Academiæ typogra-
phum. Hanc epistolam , quia communem
Remonstrantium causam tuetur , adeoque
non nisi publica Academiæ authoritate cula-
credatur , nos hactenus breuitatis causa *Le-
densium* nomine citauimus. Est autem Vla-
lachria præcipua ex Zeland æ insulis , cuius
Metropolis est Medioburgum. Huius ergo
insulæ ministri in epistola sua præfantur , in
re grauissima , qualis est , quid in turbis istis &
obuijs vndique difficultatibus agendum sit ,
prudenter dispicere ac iudicare ; nolle sentare
iudicio proprio , sed à peritioribus Reforma-
tis vbiunque illi terrarum fuerint , consiliū
stagitandum censuisse , quo incendium istud
diffidiorū in vicinis prouincijs possit extin-
gui , vel saltem à suis (Zelandiæ) terminis ne
accedat , arceri. Dicūt porro omnia se hacte-
nus tentasse quęcūq; potuerint ; sed irrita fu-
isse omnia eò quod Nationale concilium ab
Ordinibus impetrare nō potuerint. Ut autē
quos consulunt Theologi , cōtrouersiarū sta-
tū perspectū haberē possint , explicat breuiter
quid de quinque articulis anno 1611 , in Hag-
si collatione disputatis , & ipsi Cōtra-Remo-
strantes & aduersarij Remonstrantes sentiat.
Deinde consilium petunt & sententiam do-
cti lectoris Reformati , primo de his articulis
qui

quinam ex iis & quatenus salua fidei substā-
tia pro bono pacis tolerari queāt: Secūdū hoc
modo. Videmus enim iis in locis, quæ huius dissi-
dij motibus agitantur, magnā partem plebis Chri-
stiana, quæ nostris addicta est, singulari quodam do-
ctrina iam olim recepta studio impulsam, à Remon-
strantium concionibus ita abhorrente, vt in vicina
loca, quæ pastores habent nostrorum sententia fau-
tores ad cultus diuini exercitium haud mediocri
numero excurrant, aut certè iis in locis, in quibus
degunt conuentus suos intra parietes priuatos agi-
tent. Quamvis verò magistratus, quibus istæ plebes
subditæ sunt, eos conuentus (prout Remonstranti-
um cause magis fauent, & plurimum operam su-
am in ea defendenda profertur) tū in dictis mul-
tis grauiissimis prohibeāt, tū illatis, alicubi dissipar-
uerint, apparet tamen easdem plebes adeo hanc do-
ctrinæ nouitatem detestari, vt libentius rerū suarū
detrimentū patientur quā frequentando Remon-
strantiū cōciones, eorū sententia subscribere vide-
ri velint. Quæritur igitur quid de eorū Zelo ac in-
stituto statuendū sit, quidquia consilij dandū sit ijs qui
negant se bona conscientia Remonstrantiū sacris
interesse posse. Deinde ambigitur de Doctoribus
& Ecclesiasticis Remonstrantium. Nimurum an
tolerari possint à nostris salua religione reformatæ,
& num quis nostrorum cum illis in Ecclesiastici
ministerij societatem venire, aut manere in ea-
dem circa conscientia laisionem aut bonorum of-
fensionem possit.

Remon-

Remōstrantes in Epistolæ suæ exordio ita
censem V Valachrianorum epistolā, ut dicat
sibi ab illis intentari per suspicionem, aliquot
pessimarum opinionum crimina, ideo etiam co-
actos se (ne ante perceptam causæ suæ defen-
sionem, maximorum fortè virorū præiudi-
cijs grauarentur) fidelius paulò rem totam
exprimere. Multū dicunt se tribuere iudicio
eorū quos vitæ sanctitas & Religionis Chri-
stianæ flagrans amor, iudicij rectitudo & re-
rum Theologicarum scientia singularis ab
omni malevolentia suspicione & partium
studio abundè vindicat: nec minus eorum o-
peram ac piam sollicitudinē exosculari, qui
rebus Ecclesiarum suarū inusitato more flu-
ctuantibus salutaribus consilijs succurrere
conantur, ne vehementior animorum col-
lisio & gliscens indies magis magisque dispu-
tationum feruor Ecclesiam tandem & flo-
rentissimam totius Europæ Rempublicā fu-
nestissimis malis inuoluat. Tum conditiones
quasdam exponunt quas in ijs requirant, qui
tali rerum facie sequestratos se dissidentibus
aut oppressæ veritati patronos præstare ve-
lint. Consequenter se purgant ab eo quod di-
xerāt V Valachriani, præsens schisma atque
adeò tumultus omnes à nouis Remonstran-
tiū opinionibus originē traxisse: negant scili-
cet ex doctrinæ suæ diuersitate vñquā schis-
ma

ma oriturum fuisse aut etiam ortum esse; sed ex importunitate ac imprudenti zelo Contra-Remonstrantium, qui nihil sibi tolerandum esse arbitrantur, quod vel parum ab eorum dogmatibus discrepat Ordinum (quos illi, tanquam in gratiam Remonstrantium in concedenda synodo difficiles fuerint, sugillauerant) æquitatem defensuri, Deum obtestantur nihil se *aut per malevolentiam dicturos, aut quod compertissimum non sit & testimonius luce clarioribus demonstrari possit; prolaturos.* Narrant deinde de impedimentis Nationalis synodi, quæ nos circa principiū huius relationis ex ipsis citauimus, & deinceps cætra. De Controuersiis quæ tractant, proponemus parte sequenti.

Vltimo Martij huius anni Magistratus Ultraiectinę ciuitatis edictum promulgavit aduersus eos qui sub pretextu reformatæ religionis in Ecclesia & Repub. eiusdem ciuitatis schismata & turbas excitare conantur. Contra-Remonstrantes intelligunt, quibus sub poena etiam proscriptionis interdicunt; ne priuatim vlla seruent conuenticula aut foras etiam extra ciuitatem ob religionis exercitium proficiantur &c. Aprilis 22. redditæ sunt Ordinibus Generalibus literæ Serenissimi Regis Angliae quibus instanter denuo petit ut antiqua reformata religio ab ipsis defendatur, & noua reformans quantum fieri potest, supprimatur

primatur. In quem etiam finem eiusdem Regiae Maij. legatus D. Dudleij Carleton 6. Octobris Orationem habuit in eorundem Ordinum congregacione. Vbi Legatus omnium dissidiorum per vnitas prouincias causam & fontem statuit Arminium; & Remonstrantes in multis perstringit. Quare paulo post quidam Bilancem confecit pro libranda seu expendenda in omni aequitate Orationem Nobilis &c D. Dudleij Carletō. &c. Vbi Arminius studiosè defenditur & omnium turbarum causa in nimium aduersariorum Zelū retorquetur &c.

Varij præterea fuerunt hoc anno inter diuersos tum de Moderatione tum de ceteris punctis conflictus. Nam primò cum Horni iam dudum Contra-Remonstrantes à Remonstrantibus per Senatus fauorem templum occupantibus, secessissent, ac separatim in Recotonij, id est, locis illis vbi pannifices, erat quibusdam ligneis machinis pannos suos solent extendere, conuenticula sua exercebant; Sæpe aduersarij Ministri & ciues acerba in se mutuo effundebat odiorum spicula, unde tandem expostulationes & citationes pro adferenda dictorum probatione, necessaria quadam lege secutæ sunt. Sed quid consiliij Controueriarum iudex causæ tam graui de- erat. Iam enim ab anno 1615. Contra-Remonstrantes, causam hanc tractare coram Magistratu politico recusauerant; Remonstrantibus

tes quoque aduersariorum Consistorium iā manifestè partiale pro iudice detrectabante admittere. Tandem conclusum, ut coram duobus notariis, partis vtriusque prædicantes Dominicus Sapina Remonstrantium & Rippertus Sixti Contra-Remonstrantium cum quibusdam suis senioribus disceptationem viua voce aggrederentur, eamque notarij exciperent, factū id est hoc anno à 12. Ianuarij usq; ad 20. Aprilis, conuentionib. tredecim pax tamen & concordia nondum instaurata.

Simile ferè initium habuit congressus qui hoc anno 29. Maij habitus fuit inter Reinerū Bormās Ministru Remonstrantē in pago Roon, & Petru à Vassenburch Contra-Remonstrantē in pago Portugael classis Rotterdamēsis. Qui duodecim sibi mutuò quæstiones de prædestinatione & necessitatione ad peccandū proposuerūt. Quæ post cum respōsionib. Petri Vassenburch sunt in lucē emissæ. Quare & ipse respōsiones vtrīmque datas integras cū suarū quidē probatione ex SS. literis, aduersarij aut̄ cōfutatione diuulgauit.

Henricus quoq; Slatius paganus minister in Bleeswyck molestatus à quodā Ioanne Georgij prædicantē horreatio, qui sc. per istū & circūacentes pagos in horreis Contra-Remonstrantiū reliquias cōfortabat, 4. Maij vndeциm articulos horrem sui, & crudelitatem in Dō præferebātes in patentī publicē affixit eosq; ab Horreario doceri afferavit seque id demonstraturum recipit Opposuit se Slatio sartor quidam nomine

Samuel Beyer edito libello quo opiniones à Slatio tanquam horridas affixas partim defendit partim negavit. Pro Slatio deinde sartorum certamen detrectante, respondit quidam *P. Vanden Base* edito libello quem vocat *Reuelationem false monet à Samuele Beyer Henrici Slatij Veredario oblata*. Vbi, inter cœtera, insignia quedam multorum Contra-Remonstrantium mendacia taxantur. Aditque Author vereri se, ut breui sua etiam, quę aliquando commisit, mendacia ab aduersario in lucē edantur. Quare monet ipsum ut cogitet, tunc se adhuc Contra-Remonstrantium opinioni adhæsisse, iuxta quam nullū tamē grande possit esse mendacium, quod fauorem Dei & gratiā electis queat eripere, aut eos à charitate separare. Itē notat quendā ex Contra-Remonstrati bus mulierē quandā induxisse ad adulteriū, eō quod ipsi persuasisset, Deū se & ipsā ad istū actū prædestinasse, ut ita per hoc peccatū humilitatē acquireret, &c. Iulij deinde 29. cū Slatius ob affixas sententias in periculosū rusticorū quorundam odiū incidisset; missis ad Ioannem Georgij & deinde prelo excusis literis, ad disputacionem ipsum citauit. &c.

Vincētius etiā Drelenburch suis prophetādi partibus nō defuit. Nā anno superiori à Casparo Barl. in scripto quodā *Nebulonis* nomine designatus, id adeo ppheticę sue dignitati Deus

putauit esse iniuriosum, ut edito mox scrip-
to eundem Barlaeum Scelestum & Nebu-
lonem nominaret; simulq; sponte promis-
teret se 100. florenos eleemosynarijs Ley-
densibus oblaturum, ac insuper simul in ma-
nus sui magistratus ad aliorum exemplum
traditurum pumiendum, si quisquam vllis
rationibus se esse & iure dici posse Nebu-
lonem, probaret. Prodierunt paulo post ra-
tiones 10. quibus id *clare & irrefutabiliter*
Quidam Adami filius demonstrare contende-
bat; tum ex proscriptionis sententia, qua è
ditione Ultraiectina electus est, tum ex au-
dacibus & calumniosis eius scriptis. Addit-
que si vel populus vel vllus in Hollandia
Magistratus Vincentium, post rationes istas
examinatas, innocentem pronunciauerit,
tunc eum à 100. florenorum debito absolu-
tum fore; sin minus, debito obstrictum & ad
solutionem præstandam teneri. Responsio
dein Vincetijs, patenti itidem tabula, *claram,*
ut ipse ait, continens rationum prædictarū
refutationem, secuta est; adiuncta mordaci
irrisione, tam in Barlaeum quam in authorē
prioris tabulæ.

Verum occurrit ipsi hoc anno *H. Pagius*
breui & *clara defensione* 10. prædictarum
rationam. Vbi nequitia Vincentiana plus
quam manifestè demonstratur. Hoc item
ANNO Mense Aprili Remonstrantes, cum
M vndique

vndique ob nouitatem suæ doctrinæ audièrent malè, ac propterea res eorum tardius procederent quàm sperauerant, Ordinibus Hollandiæ obtulerunt Secundam Remonstrantiam. In qua non iam de veritate suarum sententiarum, sed solùm de ea runderem antiquitate disceprationem instituunt, à quibus scilicet authoribus iam principio reformationis doctæ & defensa fuerint. Huic Contra Remonstrantes mente Augusto Secundam Contra Remonstrantiam opposuere In qua demonstratur, Remonstrantes nouam Doctrinam in Ecclesiis Reformatis introducere. Iterum deinde fecuta est. Nec saria Responsio ad Contra Remonstrantium Relationem aduersariam: complectens claram & fundamentalem eius refutationem, cum solida demonstratione, quod doctrina Remonstrantium respectu tum primitiū Christiani, tum inchoata reformationis, non sit noua sed antiqua. Cum longa p̄fatione ad Nob̄ & præpotentes D D. Ordines Hollan. & VVestfr.

Edita iam dudum fuerat Amstelredam. Quærela Ecclesiæ ad Regentes prouinciarum & Ministros verbi super presentibus eorum difficultatibus. Hanc quærelam tanquam seditionem & iam sexto typis recusam, vt & alter deinde fecutam, nec minus statui publica perniciosa acriter Remonstrantes in ista ordinare.

ordines præfatione perstringunt.

Similis fere impatientiæ edita quoque est Amstelredami *Quarela Patriæ super ijdem difficultatibus.*

Interim non cessarunt vel ijdem queruli Ministri malum indies magis exacerbare. Inter cæteros namq; odia implacabilia spirantes tractatus, editus est hoc anno Nicolaus Greuinchoius Heautontimorumenos : Hoc est; Rhapsodieis suis coloribus, schematismis, figuris, literis & verborum phrasumq; ampullis (quibus Senatum Ciuitatis Roterodamensis, ante suam cum Amesio dissertationem Anni 1615. nundinis vernalibus editam, in Christianam Ecclesiam concitare sibi vero ipsi conciliare oportino sat agit) parodicè sed serio arg, reapse, non nihil delineatus, de se supplicium dans. Authore Adriano Georgio Smoutio, Reterodamo Batavo.

Amstelredami.

Scriptum hoc pomposum est, & mordax nimium. Ad quod deinde secuta est Nicolai Greuinchoij Ecclesiastæ Roterodamensis Apologia publica & priuata. Hoc est, Abstercio Calumniarum Adriani Smoutij, quibus in suo quem inscribit Nic. Greuinch. Heautontimoroumeno Illustres Ordines ac plerasq; ciuitates Hollandie, nec non Remonstrantes eoramq; patronos, socios, aliosque cum istis pacem colentes ; nominatim vero Nic. Greuinchoium in odium

M 2

atque

*Nistorica Narratio
et que iniudiciam orbis Christiani adducere sati-
git &c.*

Roterdami.

Edita quoque hoc anno est *Defensio fidei
catholicæ de Satisfactione Christi aduersus Fa-
ustum Socinum Senensem : Scripta ab Hugone
Grotio.* Lugduni Batavorum.

Aliquanto post Hermannus Rauensper-
gerus in noua Groningensi Academia pri-
mus Theologiae professor sum de hoc
Grotij tractatu *iudicium edidit: tale, ut dicat*
illum ita Socini placitum de Satisfactione
*refutare, & ea quæ à iure petuntur or-
ma Catholicæ fidei aduersario ita extorquentur,*
*oidem suo aduersario iterum iterumq; superer-
ferat. &c.*

Multo adhuc plura hoc anno vtrinque
edita sunt scripta, præsertim poetica seu
rhytmica. Inter quæ vnum singulari dexte-
ritate concinnatum *Contra Remonstran-
tium Tesseræ inscribitur.* Sed tædet his im-
morari diutius.

Anno hoc ad finem vergente, auta sunt
multis in urbibus animorum acerbitas, ad
eo ut seditiosi vbiique pene tumultus temo-
rentur; præsertim Leidæ, Voteraquinæ, qui
patria est Arminij, & Neomagi in Gelria.
Hagæ Comitis violenter templū, ne quicquid
Ordinib; repugnantibus, inuasum est
Contra Remonstrantibus. Harlemi turba
rum non minima fuit portio, acriter Min-

stris dissidentibus de Magistratus authoritate in vocatione Ecclesiastarum, uno quoque communionem alterius pertinaciter refugiente, eò quod non legitima vocatione ad ministerium accessisse videretur. Decreuit ibidem Senatus Ecclesiasticus moderationem quandam prædicantibus obseruandam, ne scilicet eorum quisquam priuatas suas opiniones ad suggestum afferret, sed ex formula confessionis Belgicæ, & loquendi & tacendi terminos omnes desumerent. Edita dein est eiusdem decreti *Relatio pro defensione innocentie eiusdem Ecclesiastici Senatus*. Verum mox ex zelotis quidam D. Matth. Damius *Contra Relationem* quandam aduersus decretum istud diuulgat: Ecclesiasticum Senatum Arminianismi, Pelagianismi & Socinianismi audacter denuo accusat, tametsi ab eadem criminatione author Relationis Senatum vindicare studisset. Dum ita Remonstrantes, plerisque in urbibus ab aduersariorum vehementia sibi timent, prodit ab aliquo eorum editus libellus titulo *Inuestigationis*. In quo tractatur quæstio: an Princeps Auroraicus, cum pro defensione Belgij arma contra Regem Hispanie assumeret, id fecerit eo fine ut confessionem Belgicam tanquam in omnibus S. Scripturæ conformem manuteneret, atq; *Contra Remonstrantiū de prædestinatione*

sententiam vbius locorum introducebat.
Negat author id ita se habere, probatque
bellum ideo solum suscepsum esse, vt Bel-
garum incole absq; coactione suarum con-
scientiarum, quamcunque probarent reli-
gionem, liberè amplecti possent, & anti-
qua ipsis priuilegia integra seruarentur.
Contra hunc paulò post aliis ex Contra-
Remostrantium parte *Vestigium* edidit, ar-
guens prioris *Inuestigationis* authorem de-
rogatæ existimationis Auraici Principis,
quasi negotium Religionis ipsi cordi non
fuisset, &c.

18.

Anno 1618. mox ipso anni exordio varia
iterum scripta in vulgus prodierunt. Quo-
rum inter prima est Defensio prædictæ *In-
vestigationis* sub titulo pomodori spari-
gentis suauem odorem gestorum Illustris
Principis Auraici, contra sc̄ptorem *Vestigi*
nuper detecti. Vbi denuo author latè pro-
sequitur suscepτæ à Principe Defensionis
Belgij causas, probatq; ex multis actis &
monumentis publicis solam Religionis li-
bertatem vnicam fuisse. eius causam. Inte-
rim pagina 61. hanc sibi obiecit difficulta-
tem: cur igitur Catholicæ Romanæ Reli-
gionis exercitium in prouincijs istis non
permittatur, cum tam pro conscientijs Ca-
tholicorum quā Reformatorum pugnatum
sit. Respondet hoc pertinere ad prudentem

Mag.

Magistratus dispositionem, ut non amplius libertatis diuersis Religionibus permittat, quam videat cum bono status permitti posse: bono autem status publici non expedire ut Catholic ista libertate gaudeant. Deinceps describit quas tragedias Contra-Remonstrantes in pluribus ciuitatibus contra Magistratus autoritatem aduersus Remonstrantes moliantur, praesertim quanta violentia in Veteraquensi ciuitate ipsi Calendis Ianuarij & aliquot diebus sequentibus hoc anno, aduersus conciues Remonstrantes insurrexerint, Consules officio dimouerint, alios suæ factionis substituerint, &c.

Prodij quoq; *Christiana Allocatio* Ministorum Neomagensium ad quædam Ecclesiæ membra quæ ab ijsdem ministris se separauerant. Vbi impensè admodū partes à se dissidentes ad pacem & tolerantiam adhortantur, à varijs sese calumnijs purgant & doctrinæ Remonstrantium æquitatem declarant. Præterea emissa typis *Vera descriptio conscientiæ*, vbi discrimen inter veram & falsam conscientiam ostenditur. Multa recte & verè de proprij sensus abnegatione & simplici veritatis inuestigatione asseruntur, quæ diuersissimarum religionum sectatores dicere facilius & ostentare quam re ipsa præstare solent. Parvus item aliud libellus *Omnium Quæsitorius* intitulatus

varias proponens quæstiones Theologis,
Politicis, Iure-Consultis, militibus & alijs
vt solidum ad singulas responsum profe-
rant. Ad Theologos quæstiones sunt 12. qua-
rum prima est: num Christiano homini lici-
tum sit Magistratum violenter & mortis
comminatione ad aliquid adigere. 2. Num
Christianis liceat coacto Magistratu, eos
quos voluerint ad Reipub. regimen promo-
uere. 3. Num ob rebellionem, violentiam
publicam, periuria, & omnigena scelera ho-
minum quilibet è statu gratiæ & salutis po-
sit excidere &c. Ad politicos quæstiones
sunt viginti. Harum prima est: num statui
Reipub. expeditat vt quasuis acerbitates &
mendacia (de negotijs non doctrinæ sed fa-
ctorum) pro concione ad populum prædi-
candi licentia ministris concedatur &c. Ad
Iure-consultos quæstiones sunt sedecim.
Harum prima est: Num ij qui criminaliter
quidem accusati, iudicialiter autem purga-
ti non sunt, sed adhuc in reatu stant, capaces
sint regiminis publici, & num expeditat hu-
iuscemodi ad illud promouere. &c. Ad A-
strologos vna est quæstio; An cœlum ita
possit agere in articulos fidei, vt quod sub
nostro Horizonte cum Calvino & Contra-
Remôstrantibus creditu est ad salutem ne-
cessarium, non etiam necessarium sit Chri-
stianis sub alio Horizonte constitutis. De
Militibus

Militibus tres sunt quæſtiones. Quatū pri-
ma: Quid ſentiendum de militibus qui præ-
ter generale iuramentum, particulariter re-
auunt iurare ciuitati aut prouinciæ, cui in
præſidium destinati fuerint &c. Deniq; ad
communem plebem tres etiam quæſtiones.
Harum prima eſt; num vlla ſit ſub cælo re-
gio aut populus ullus qui maiori gaudeat
libertate aut regatur mollius &c. Varij ad-
huc poſtea quæſitorij huiusmodi libelli
prodierunt mirabiles & odioſas quæſtiones
proponentes. Item editus eſt *Triumphus Illu-
ſtris Principis Auroraici totiusq; domus Nasso-
uiana aduersus Remonſtrantium calum-
mas eidem Principi illatis.* Vbi pag. 23. &
seq. Remonſtrantium refertur acerbitas &
perſecutio aduersus Contra Remonſtrantes
exercita Roterodami, Alcmariæ, Campis,
Brielæ, & Schonhouiæ. Denique variæ ex-
plicantur rationes ob quas Contra Remon-
ſtrantes ſe ab illis separauerint &c. Alij plu-
res adhuc libelli partim ſunt editi, partim
indies excuduntur, ut certè veriſſimum eſſe
inter illos appareat. Ecclesiastē cap. 12. dictū:
Scribendorum librorum nullus eſt finis. Adeo ut
prorsus rationis & omnis iudicij expers me-
rito iudicetur, qui hac experientia non di-
cat quod iam antè annos aliquot Serenissi-
mus Angliæ Rex ad Confœderatos Belgij
Ordines de ſua experientia teſtatus eſt, non

M 5

poſſe

posse scilicet quæstiones illas contioueras
disputationibus Theologicis terminari, sed
opus esse authoritate publica. Videt id satis
pars vtraque contendentium, & certatim
Magistratus assistentiam implorat. Verum
vnum est quod miseriam vel maximè au-
get, vtramque nimirum partem à diuersa
Superiorum potentia sperare contrarium
subsidiū. Ita quidem ut Contra Remon-
strantes circa finem Iulij per Ill. Comitem
Mauritium in ciuitate Ultraiectensi iterum
templum vnum, vbi prophetias suas exen-
ceant, adepti sint &c.

Hæc ergo est facies Prouinciarum Belgij,
hactenus per annos non adeo multos sub
reformatæ, secundum Ioannis Caluini vo-
luntatem, religionis fœdere vtcunque uni-
tarum; facies, inquam, multum mutata ab
antiqua illa, quæ nongentis circiter annis in
fidei unitate solidata, indiuisa, atq; adeo in
conuulsa perstiterat, quam per S. VVille-
brordum conuerſis Apostolico labore &
miraculorum virtute gentilibus idolorum
cultoribus, multiplici sanctitatis venustate
Deus ipse decorauerat. Quomodo nunc obſcu-
ratum est aurum, mutatus est color optimus!
Hæccine pura illa, sancta, Euangelica, Re-
formata, Orthodoxa Religio? Ex fructib
eorum cognoscetis eos. Matth. 7.16.

Tren. 42.

HENO.